



253
DISSERTATIO INAUGURALIS

IVRIDICA

DE

1641, 4.
24
PACTIS AD-
JECTIS.

Quam

PRÆSIDE JEHOVA

Ex Decreto & Auctoritate

NOBILISSIMI ATQUE AMPLISSIMI
Ictorum in Patria Universitate Ordinis.

*Pro summis in Utroque Jure obtinendis honoribus,
Privilegijs atque immunitatibus
Doctoralibus,*

Solenni examini submittit.

PAULUS GAMBS

Argentiniensis.

Die 30. Septemb.

ARGENTORATI,

Typis, JOHANNIS ANDREÆ,

Anno M. DC. XLI.

Prof.

VIROS ILLUSTRÉS
Inclytæ Reipublicæ Patriæ

TREDECIM-VIROS.

Antiqua Nobilitate, Magnifica Amplitudine,
Incomparabili gravitate, prudentia, re-
gendæque Reip. Arte insigni,

Eminentissimos Præcellentissimos

Humilima exigua dissertationis inscriptione

Testandæ subiectionis,
Implorandi Patrociniij,
Impetrandæ propensionis

Ergo

submissè veneratur seque ac sua
omnia in perpetuum

TANTIS FAUTORIBUS

MOECENATIBUS

DOMINIS

Debere cupit

Paulus Gambs.





PROOEMIUM.

Roposituro mihi difficilem atque intricatam de PACTIS ADIECTIS materiam, duo potissimum obstare videntur, Primum, vulgatum illud Dd: Effatum, quod colligunt ex *l. idem juris §. mulionem. 1. ff. ad l. Aquil.* Infirmi- tatem culpæ annumerari, neminemque id affectare debere, quod perficere facile non possit. Difficultatem enim hujus ut agnoscam materia, jubent altercationes Ictorum infinitæ: Si enim quicquam est in Jure nostro, de quo serra inter Dd: reciproca- tur, erit haud dubiè hæc ipsa Pactorum adiectorum ma- teria; Quæ ne Cujacium Ictorum aliàs Coryphæum ab Hottomanni *conf. ejusd. lib. 1. Amicab. respons. c. 2.* atque Ant. Fabri *vid. ejusd. ration. ad l. pacta conventa. 72. ed Contr. Empt.* reprehensione liberavit: Commovit Gœddeum adversus Portium, Fulgosium, Petrum Interpretem & a- lios, quos allegat *tract. de Contr. stipul. c. 8. conclus. 2. n. 42.* Novissimè Bachovium aduersus Ant. Fabrum, aliosque complures, quorum copiosa nomenclatura ex ipsis The- sibus apparebit: Et hanc ipsam inter causas omissæ in In- stitutis, hujus materia, tractationis refert Vultei- us *ad pr. Inst. de Oblig. n. 31.* Paulus Castrensis, ne Paulum quidem Ictum Patavinum, si à mortuis resurgeret, sufficientem hu- jus rei agnoscit Judicem; quemadmodum ex Angel: Matthea. *de via Iur. lib. 1. c. 6.* refert Forsterus *c. 4. de pact. membr. 2.* Hoc verò obstaculum amoliendum non pa-

rum iuvabit id, quod à peritioribus facile obtinebo, non statim difficilia, quasi deteriora negligenda *arg. l. si quis, y. ff. si quis caut. l. d. sist.* Omniaque diligentia atque sedulitate juxta & labore tandem superari; præsertim cum honoris augmentum non ambitione sed labore atque industria ad unumquemque debeat pervenire *l. contra. 14. C. de Re milit. 12. 36. l. 2. C. de Off. mag. Offic.* Alterum, (quod non verè Practicis, sed Rabulis illis forensibus acceptum ferendum) est, quod hæc de Pactis Adjectis Disputatio sit hominum curiosè otiosorum, nec admodum practica-bilis, atque adeò tanquam supervacua à nostra Jurispru-dentia meritò extirpanda *arg. l. 23. C. ad Sctum Vell.* Hujus sui erroris verius, quam opinionis Antesignanum allegant Bartolum *in l. & Eleganter. 7. §. servus pactionis. 8. ff. de dol. mal.* qui per illum textum totam pactionum ma-teriam sublata, nescio, quo temerario contendat ausu: Et hoc non ipse tantum affirmat, sed & affirmanti credi-derunt alii; quemadmodum Wesenbecius *n. 9. pr. De pact.* pleraq; illa, quæ de effectu pactionum disputari solent, ho-diè desuetudine abiisse autumat: Quorum utut aliàs ve-rè sentientium non parum debetur Auctoritati, hic ta-men qui assentiam? Obstant nodosæ non minus quam pulchræ atque in Praxi quotidiana occurrentes quæstio-nes, quas ex hoc promanare fonte manifestum est: Pro-hibent novè subinde existentes casus (multis enim undiq; novitatibus natura alitur N. 84) quibus novis consiliis atque remediis occurrendum *l. 1. pr. de insp. ventr.* Quid enim frequentius hodiè pactis contractibus adjectis? quorum naturam atque vim quoniam fori illi formularij ignorant, litibus exinde omnia Tribunalia plena atque referta videmus; quod non tam scientiæ, quam igno-rantiæ juris ascribendum, verba sunt Ciceronis, *Quamvis*
vero

verò libenter concedam, esse nonnulla, quæ communi errore in desuetudinem abivere; ea tamen saltem ad libros juris perdiscendos intelligendosque proficua, affirmanti credidi Forstero *d. Comm. de Pact. c. 4. membr. 2.* Equis adeò Antiquitatis contemptor *l. ult. §. 13. de Jur. de lib.* qui universam pactorum materiam, multis Ictorum vigiliis excogitatam, nescio quo recepto more, sublata arbitraretur *arg. l. si quando 35. C. de Inoff. test.* Præeunt sane in extricanda hujus materiæ difficultate illi, quos peritissimus quisque Ictorum audire nihil abnuat: Inter recentiores quidem (veterum enim hujus rei non magnam fuisse curam, scripta eorum passim testantur, nisi quod prima hujus materiæ fragmenta extent apud Baldum Bartolum, Castrensem, Iasonem, Accursium in *L. Jurisgentium. 7. ff. & l. bonæ fidei. 13. C. de pact.*) noster iste (Dn. D. Mejerum me intelligere palam est) in *Coll. sub Jurid. Argent. 8. 93. & seqq.* Treutlerus *1. Disp. 6. 8. 10. & ad eundem Bachovius ut & in Comment. ff. sub rubr. de pact. Adiect.* Mudæus *De Contrah. Empt. part. 5. pr.* Hottomann. *Illustr. quest. 36. & 37.* Althusius *lib. 1. Dicaol. c. 66. & 90.* Forsterus *de pact. c. 8. part. 2.* Henricus Bocerus *ad l. contractus 23. d. R. I. c. 5.* Vulteius *lib. 1. Jurispr. Rom. c. 44.* Donellus *& ad eundem Hilligerus lib. 15. c. 1.* Gœddeus *de Contr. stipul. c. 5.* Borcholten *de reb. cred. c. 7. n. 59. & seqq. de Usur. c. 3. & de Pactis c. 6.* Paulus de Monte Pico *d. comment. Cod. ad l. bona fidei 13. & l. petens 27. C. d. pact. & ad l. 40. de reb. cred. præsertim in fin. n. 7. add. l. 13. (Vbi disputationem hanc ad quotidianas subinde decidendas questiones utilissimam testatur)* Hunnius *tract. de pact. c. 7. quest. 4. & seqq.* Cujacius *ad l. jurisgentium 7. §. quinimo. 5. de pact.* Hackelmannus *disp. de pact.* aliique quorum copiosam possem exhibere nomenclaturam, sed Principes nominasse sufficiat, qui hanc

de Pactis Adiectis materiam non modo laudarunt, sed & laudatam suis illustrarunt scriptis: Quapropter non frustraneus mihi visus fuit labor, ea, quæ varie a Doctoribus hinc inde sparsa sunt, in doctrinæ quendam gyrum, si non verius, forsitan clarius redigere, eamque Inauguralis loco Disputationis solenni disquisitioni subiicere; Quod et si humeris meis impar onus facile agnoscerem, erectis tamen cum Imp. nostro in cap. Deo Auctore §. 2. de Concept. ff. & Const. Dedit nobis pr. de Confirm. ff. ad cœlum manibus, æterno invocato auxilio, eam quoque curam meo reposui animo; Deo fretus, qui & res penitus desperatas donare & consummare suæ virtutis magnitudine potest; Mites insuper atque candidos exopto speroque iudices, qui (juxta monitum illud Lipsianum) uti in ludo pilæ alterius est commodè mittere, alterius, si quid erratum est, quam bellissimè excipere & arte corrigere; sic & hi flectere quædam in benigniorem partem non dedignabuntur; Aetas adest, quæ addiscere potest; animus, qui exoptat; mens, quæ gloriam non contemnit, nec effusè expetit.

Thef. I.

Cum autem sine ordine debito nil rectè geratur l. prolarum. 4. C. de sent. & interdic. l. 4. §. rectè autem. 4. ff. de off. Procons. quo non servato, non nisi magna exoritur difficultas §. sed non usque 3. Inst. de legat. Placuit insistendo tam Philosophorum quam Ictorum vestigiis l. 1. de ^{l. et} l. 1. de reb. cred. Prius nominum, deinde rerum instituere tractationem: Ne fœda fiat confusio l. ult. C. de Legit. Tutor. Progressurus postmodum ad causas, quæ rem dilucidiorum reddunt arg. l. 1. pr. de O. & A. d. l. 1. de O. I. quæque ut sunt principia essendi, ita & cognoscendi, cum scire sit rem per causas cognoscere Arist. 6. Metaphis. c. 1. Cubach. Brocard. c. 4. pr.

Homonymia.

II. Homonymiam omnis erroris fœcundam matrem merito primo loco evolvimus: Sumitur autem vocabulum pacti (i) impro-

priè & in latiore significatione pro instrumento, quo pactum com-
 prenditur ut in l. duo societatem 71. ibi convento societatis pro scri-
 pserunt ff. pro socio l. 7. §. quod ferè 12. ff. d. pact. ubi Gothofr. C. I. A. 9.
 9. n. 2. §. 20. in fin. pro socio (2.) Propriè & in stricta significatione,
 quatenus opponitur omnibus aliis conventionibus, tam certum
 nomen, ut contractus nominati, quam incertum, ut innominati,
 habentibus: per rubr. ff. & C. de Pact. Cuno de Pact. lib. 1. c. 5. n. 6.
 cum all. Dd. In qua definitur, ab Ulpiano in l. 1. §. & est pactio. 2. ff. de
 pact. quod sit duorum pluriumvè in idem placitum consensus:
 Quam definitionem licet suo definito generaliore contendant
 Gudelinus lib. 3. de Iur. noviss. c. 1. Wesenb. in w. ff. d. t. n. 2. Eamq;
 descriptionem potius quam definitionem appellet Cuno d. lib. 1. c.
 5. n. 5. quos sequitur Bachovius in comment. ff. de Pact. sub rubr. de
 Convention. & ad Treutl. 1. Disp. 6. §. 1. lit. b. Approbatam tamen à
 Cujacio ad l. 1. d. t. (quamvis aliter definiat in π C. de pact.) Azon.
 in summ. Cod. de Pact. n. 1. Andr. ab Exea de Pact. n. 262. Borcholt,
 de Pact. c. 1. n. 1. Forster. de Pact. c. 3. Hunn. de Pact. c. 1. quest. 1.
 Treutl. 1. Disp. 6. §. 1. Ægid. Hortens. in Comment. ad l. pacta con-
 venta. 72. de Contr. Empt. Besold. in Delib. Iur. c. 12. Gerhard. Exer-
 cit. Iustin. Decad. 12. c. 4. C. I. A. 9. 3. & seqq. d. t. novissimè à Viro Am-
 plissimo Consultissimo Dno. D. Tabore, Magno studiorum meo-
 rum Patrono ac Præceptore omni honoris cultu prosequendo
 Disp. Wesenb. 7. quest. 4. haud invitus defendendam suscipio: cum
 & ipsum Ictum Ulpianum alias satis sollicitum fuisse in constitu-
 endis definitionibus appareat ex l. 1. §. dolum malum ff. de dol. mal.
 l. 5. §. fin. ff. de pecul. l. Fulcinius 7. §. quid sit. 4. ff. ex quib. caus. in poss.
 ear. l. Labeo 19. de V. S. Borcholt. de pact. c. 1. n. 3.

III. Non defuere, qui in vocabulo **ADIECTVM** magnoperè
 hallucinati sunt, id ipsum, pro quavis conditionis, temporis aut lo-
 ci adiectione accipientes: Quorum numero adscribendus Hot-
 tomanus quest. Illustr. 36. ubi de stricti Iuris contractibus agens
 seq. 3. allegat l. 44. §. 2. de O. & A. Quam de conditionis non pacti
 alicujus adiectione loqui plus quam manifestum est: Referen-
 di hic Dd. Comm. in l. Labeo 50. de contrah. Empt. eandem de pacto
 adjecto interpretantes; refutati à Bachovio d. Disp. Treutl. 6. §. 10.
 lit. c. sub fin. & rubr. de Pact. Adject. n. 6. hæc enim à se invicem jam
 olim distinxit Ictus in l. cum ab eo 41. ff. de contrah. Empt. Vult. ad pr.
 Instit.

HOMO
 2111

Instit. de Contrah. Empt. n. 51. Estque ratio differentiae manifesta, quod conditiones suspendant contractus, quibus non existentibus, nec contractus valebit, nec nascetur obligatio *l. cedere diem. 213. de V. S. §. ex conditionali. 4. Inst. & V. O. Vult. d. loc. conf. Hann. de Pact. c. 6. quest. 5. Mudauus de Contrah. Empt. part. 5. pr. n. 1.* Pacta autem non suspendant, sed contractum ad actionem quandoque efficacem reddant *l. 7. §. quinimo 5. ff. de Pact. l. in bona fidei 13. C. eod.* Repudiata itaque hac vocis significatione, triplicem substituo (1) *strictam* huiusque loci propriam, qua sumitur pro quovis adjecto pacto, sive detrahat contractui principali, sive adijciat: Huic subscribunt omnes illi, qui pacta haec dividunt in adijcientia & detrahentia *de quibus Infr. §. 12. & 32. cum seqq.* (2) *strictiorem*, qua illud tantum pactum denotatur, quod adijcit non etiam detrahit *arg. l. si ex toto 8. pr. de legat. 1.* (3) *strictissimam*, quae pacta tantum informantia non etiam reformantia comprehendit; quemadmodum haec à se invicem distinguit Bachov. *ad Treutl. 1. Dissp. 6. §. 10. lit. f.* dissentientibus omnibus illis, qui pacta contractus substantiam mutantia inter Adjecta referunt; quorum non exiguus ex *Infr. proponendis §. 9.* apparebit numerus.

Synonymia.

IV. Evolutae horum vocabulorum ambiguitati succedit Synonymia: Varijs autem tam in jure nostro, quam à Dd: passim indigitatur nominibus: In jure nostro dicitur 1. Pactum conventum: *Gabr. Mudauus de Contrah. Empt. part. 5. c. 1. n. 19. Aegid. Hortens. d. Comment. ad l. 72. de Contr. Empt. d. l. pacta conventa. 72. l. cum dos. 7. ff. de Pact. dotal. conf. C. I. A. §. 2. n. 11. de Pact.* Idèd forsan, quod sola pacifcentium nitatur conventionem, quippè omne quod agitur conventio est. in nudis placiti terminis (quatenus in se consideratur) subsistens *l. si tibi 27. C. de Locat. & cond. l. si divisionem 15. C. fam. Ercisc. Cujac. ad l. 1. d. 1. Hackelm. Dissp. 8. de Pact. §. 10. Borcholt. de Pact. c. 2. divis. 1. n. 3. Contius lib. 1. Dissp. c. 17. Gerhard. Exercit. Justin. Decad. 12. c. 4. Revard. in Comm. ad l. 27. de R. I. Corras. 1. Miscell. 1. n. 4. Pacius in Comment. ad l. 7. §. 5. vers. pacta conventa. ff. d. 1. Quo nomine reprehensionem meretur Gothofr. ad d. l. 7. §. air Prator. 7. ff. de Pact. Ubi pactum conventum explicat de eo, quod causam continet? Hoc enim non in terminis pacti subsistit, sed contractus innominati naturam induit *d. l. 7. §. sed etsi 2. ff. d. 1. ubi C. I. A. §. 92. & Bachov. in Comment. ff. d. 1. sub rubr. de Contract.**

n. 2. dissentit Donellus *ad rubr. Cod. de Pact. n. 11.* atque Forsterus *d. Pact. c. 2. quest. 5.* hæc duo à se invicem separantes, pactumque specialius, conventum generalius, vocabulum asserentes, quibus an fides habenda alius viderit: II. Lex, ut in §. *conductores 5. Inst. de Locat. & Cond. ubi Wesenb. l. 1. & l. servus. 7. de serv. export. l. veteribus. ff. De Pact. l. banc legem. 22. l. qui fundum. 44. l. si cum. 68. de Contrah. Empt. l. contractus. 23. de Reg. Jur. l. 1. §. si convenit. 6. ff. de pos. l. legem. 10. ubi gloss. C. de Pact. C. I. A. 0. 2. n. 7. de Pact. & 0. 1. de leg. Commiss. Rationem appellationis deducunt Forsterus *d. Com. de Pact. c. 2. quest. 7.* Donellus *ad l. 10. C. de Pact. n. 2. C. I. A. d. 0. 1. de l. Commiss.* à lege publica, ut quemadmodum ea actiones Civium, sic hæc contractus eorundem moderetur *add. Hackelm. disp. 8. de Pact. 0. 26. Borcholt. de Usur. c. 3. n. 2. Cuno de Pact. c. 2. n. 7. & c. 24. n. 15.* hinc sæpius dicitur lex conventionis ut in *d. l. 23. de R. l. d. l. 1. §. si convenit 6. de pos. l. jurisg. 7. §. quinimo 5. ff. de pact. Althus. lib. 1. Dico. c. 66. n. 2.* III. *Conditio*, qua in specie de Pacto adjecto utuntur *Idem in l. item quia 4. §. ex facto 3. ff. de Pact. l. debitori 7. ibi ea conditione pactore C. d. t. l. rei annonaria 2. C. sin. Cens. vel rel. fund. §. sin. de his qui sui vel al. jur. l. sed Celsus. 6. §. ult. de contrah. Empt. l. & Aristoni 39. ff. mand. Hackelm. disp. 8. 0. 26. C. I. A. 0. 2. n. 6. de Pact. Cuno de Pact. c. 2. n. 10. Forst. all. c. 2. quest. 7. Borcholt. de reb. cred. c. 7. n. 73.* Hinc fortè conditionales, quorum mentio fit in *l. scripturas. 11. C. qui pot. in pign. si divinanti Brissonio de V. S. lib. 3. voc. conditio credimus.* IV. *Forma* ut in *l. fructus. 7. §. item 13. ff. sol. matrim. l. in conventionalibus. 52. pr. de V. O. Brisson. lib. 6. de V. S. voc. Forma. Vult. 1. jurispr. Rom. c. 44. n. 21.* V. *Exceptio*, quo sensu multoties repetitur in *l. si quis 32. ff. de Vsufr. d. l. 72. §. 1. d. Cont. Empt. l. in Emptionibus 43. ff. de Pact. l. quero 39. de A. E. C. I. A. 0. 3. n. 13. de Except. Ravard. lib. 2. Varior. c. 13. laudatus à Forstero d. c. 2. quest. 11.* Atque sic rectius forsan legitur *exceptiones in d. l. 7. §. aded 6. ff. de Pact.* quam pro eodem reponitur *depectiones cum Cujacio 2. Obs. c. 15. vel cum Ant. Fabro in ration. ad d. l. 7. §. 6. lit. a. & pactiones: quemadmodum verè observarunt Ravard. d. lib. 2. varior. c. 13. in fin. Forsterus all. Loc. Bachovius in Comm. ff. sub. rubr. de Pact. resolut. n. 4. & sub rubr. de Pact. renovat. n. 2. Pacius in Comment. ad d. l. 7. §. 6.* Rationem hujus appellationis investigando rectè affecti sunt Forsterus *d. loc.* Pacius *d. l. 7. §. 6.* eosque secutus*

B

tus



tus Merillius 3. Obs. c. 21. nim. quod aliquid ex natura contractuum excipiunt faciunt arg. l. ab Emptione 58. d. Pact. l. Emptio. 3. d. Rest. vend. Indeque exceptio dicta, quasi quadam exclusio, quæ opponi actioni cuiusque rei solet, ad excludendam intentionem actoris l. 2. de Except.

V. Doctores quoque varias sibi met commenti sunt appellationes: I. Pactum adjectum vocarunt Principali negotio attributum Hottom. quest. Illustr. 36. pr. Accessorium Hackelm. disp. 8. de Pact. 8. 12. Connexum sive Subiunctum Forsterus d. Pact. c. 4. membr. 6. Cui opponunt pactum absolutum simplex & per se subsistens Hottom. & Hackelm. dd. Locc. quibus adde Forsterum d. Pact. c. 2. quest. 7. Althus. lib. 1. Diccol. c. 66. n. 2. II. Relatum Hottom. & Althus. dd. Locc. III. Vestitum sive non nudum gl. igitur in l. 7. §. sed cum nulla 4. ff. & gl. 1. in l. legitima 6. ff. de pact. Azo in summ. Cod. de Pact. n. 2. & 14. Hortens. ad l. pacta conventa. 72. de Contrah. Empt. ibi pro pactis conventis habemus etiam non nuda Mantica de Tacit. & ambig. convent. lib. 24. tit. 2. n. 1. & seqq. IV. Confirmatum, quo uti libuit Anton. Fabro lib. 5. Conjectur. c. 10. V. Compositum Ant. Cont. lib. 1. disp. quest. ult. VI. Appositum gl. fin. & ibid. add. Marg. in l. si tibi. 27. C. de Locat. Atque alia complura, que congesserunt Dd. passim, qui præcipuè hæc de re scripserunt, præsertim Althusius lib. 1. Diccol. c. 66. n. 2.

Etymologia.

VI. Hactenus satis si non nimis de Synonymis: Ratio porro instituti exoptulat, ut paucis Etymologiam Pacti nostri inquiramus: Varij enim varia de origine Pacti somniarunt, hoc ipsum deducentes vel à Palmarum percussione cum gl. pactum in l. 1. §. pactum 1. de Pact. & l. 1. ff. de Censib. detisi à Forstero d. Comm. de Pact. c. 1. opin. 1. Vel ab obsoleto Vocabulo Pacio Hackelm. d. disp. 8. 8. 1. Pace ejusque actu, quasi pacis actu Azo in summ. Cod. de pact. n. 4. Canon. comm. in c. pactum ij ext. de V. S. Bald. in l. 1. n. 4. de Pact. refutati à Forstero d. c. 1. opin. 2. vel à pacto Paul. Busius in comment. ad l. 1. de Pact. n. 1. vel tandem ab antiquo Pago Wesenb. in ff. d. t. n. 2. reprehensus eo nomine ab Hackelmanno d. Disp. 8. 8. 1. Defensus à Viro Amplissimo Consultis. Dn. D. Tabore Patrono ac Præceptore meo magno, fideli; Disp. Wesenb. 7. quest. 3. non minus verè quam accuratè, notationem Grammaticam si spectemus, sin Juridicam, affirmare

affirmare aulim, id non incommode à Pactione derivari, secutus
 hac in re Ulpianum l. 1. §. pactum autem 1. atque ibid glos. de pact. Cu-
 no de pact. c. 3. n. 3. & 4. Forster. d. c. 1. opin. 3. C. 1. A. 8. 3. de pact.
 Treuth. 1. Diss. 6. 8. 1. lit. a. Dissent. Bachov. ibid. Robert. lib. 2. sentent.
 c. 19. Adjectum verò ab ad & jacere, quasi conditionem aliquam
 contractui adijcere, dictum nullus dubito arg. l. si ex toto 8. pr. ff. de
 legat. 1. Pleniorum hujus vocabuli declarationem reservans Infr.
 8. 12.

VII. Absoluta quæstione seu definitione nominis (quæ merito
 precedere debuit Mozz. art. 1. de Contract. n. 1.) sequitur definitio
 rei ipsius: quam vel omittere vel perfunctoriè exhibere ipsius de-
 finiti præstantia non admittit, atque refragantur exempla plero-
 rumque Ictorum, quorum in tradendis definitionibus cura atq;
 diligentia apparet ex l. 1. §. dolum. 2. ff. de dol. mal. l. de positi. 5. §. fin.
 cum l. seq. ff. de pecul. l. sylva cedua. 30. de V. S. add. Coedd. de Contrah.
 stipul. c. 1. n. 89. & seqq. Quamvis autem varias apud Rævardum
 lib. 2. varior. c. 1. Hottomann. quest. illustr. 36. pr. Vultejum 1. Iur.
 Rom. c. 44. Corras. lib. 1. miscell. c. 1. n. 2. Forsterum d. comm. de Pact.
 c. 4. membr. 6. hujus pacti definitiones reperire liceat, quas verbis
 magis, quam re ipsa differre (nisi quod in genere definitionis non
 nihil varient conf. 8. seq.) ex seqq. manifestum est: malo tamen,
 si non verius clarius saltem definire cum Alhusl. l. 1. c. 66. n. 2. QUOD
 SIT PACTUM, QUO EX CONSENSU UTRIUSQUE CON-
 TRAHENTIUM, PRINCIPALI CONTRACTUI ALI-
 QUID ADIJCITUR VEL DETRAHITUR.

VIII. Cum autem in definitione nihil debeat esse otiosum arg.
 l. 1. ff. quod met. caus. aut sine ratione positum arg. l. 1. §. ait prator. ij. & §.
 quod autem 33. cum seq. & passim. ff. de vi & vi arm. Luc. de Penna ad
 rubr. C. de Aur. Coronar: hæc quæ definitioni inclusa sunt diducam
 & explicabo: Definitio itaque per PACTUM, quod genus hujus
 definitionis rectius facio, quam cum Corrasio lib. 1. miscell. c. 1. n.
 2. & Vult. 1. I. R. c. 44. Conventionem: Ut enim utrique conce-
 dam sub conventionem tanquam termino generaliore comprehendi
 pactum adjectum (sic enim pactum in genere sumptum per con-
 ventionem, tanquam genus, ut Logici loquuntur generalissimum
 definiti, affirmanti subscribo Cunoni d. Tract. d. pact. c. 5. n. ult.)

B 2 quin

Definitio.

olomyi

618

quin tamen id ipsum sit genus Pacti Adjecti proximum, postulatum hæctenus non concessum: Quamobrem malui genere uti proximiori, cum per id definitio omnis sit facienda, secundum regulam Philosophorum communissimam, qua in re simili utitur *Mozzius d. tract. de Contract. rubr. de mutuo in pr. n. 13.* hoc enim non factum, id quod in definitione generis est, repetendum foret in definitione speciei, adversante rursus Philosophorum Schola *conf. Keckerm. lib. 1. System. Log. Sect. ult. c. 2.* Aliud genus constituit *Bocerus Class. 2. Disp. 2. §. 37. lit. a.* hoc ipsum definiens per pactum legitimum: Cui non invitus assentior, accepta voce Legitimi aliquid, quantum latius in nativa sua significatione, quatenus omnia pacta licita, lege scilicet: non adversante sed approbante facta, legitima dici possunt: atque aded Lex ut causa remota, contractus ut proxima consideretur: Contradico si vocabulum legitimi accipiatur in dativa ac Juridica significatione, quatenus sola lege confirmatur, nec ad producendam actionem alio munimento vel Contractus vel traditionis &c. opus habet *ut in l. legitima 6. ff. de pact.* hoc enim respectu, eo minus pacta adjecta legitima dici possunt; quod magis hæc totum suum esse Juri positivo acceptum referunt *Bachov. in Comm. ff. de Pact. sub rubr. de pact. legitim. n. 2. Frantzke. Exercit. 15. §. 24.* Illa non tam à Jure positivo, quam cohærentia contractus suum robur accipiunt; Eadem ratione, qua Tutelam testamentariam ac dativam lege datas eoque respectu legitimas, quis non absurdè appellaverit *arg. l. generaliter. 52. C. de Episcop. & Cler. Quibus aliàs legitima Tutela opponitur ff. & C. de legitim. Tut. nim. per eminentiam, atque causam proximam, ipsam utpote legem, quæ eam absque facto hominis defert, cum cæteras species homines constituent lege approbante atque permittente conf. Locam. quest. Justin. 41.*

IX. Addo (2) ex CONSENSU UTRIVSQUE: Quemadmodum enim in omni Contractu consensus vel expressus, ut in veris, vel saltem præsumptus, ut in quasi contractibus requiritur; quippè, qui ab initio voluntatis ex post facto necessitatis sunt *l. sicut initio 5. C. de O. & A. l. si mandavero. 22. §. sicut. autem. ij. ff. mandati.* Sic eundem in omni pacto, præsertim contractui adjecto (hoc enim naturam imitatur contractus illius, cui adijcitur *Wesensb. in c. ff. de pact. n. 3. Althus. lib. 1. Dico. c. 66.*) desiderari certo, certius

certius est. l. 1. §. conventionis. 3. ff. de pact. Cum in eo non minus, quam in omni alia conventionem, paciscentes ex diversis animi motibus in unum consentire necesse habeant: Indeque a paciscendo rectè arceri videmus eos, qui consensum adhibere nequeunt, de quibus *Consul. C. I. A. 0. 30. de pact. Trentl. 1. Diss. 6. 0. 5. lit. a. Wesenb. in 7. ff. d. r. n. 5. Instr. 0. 14.* Nec verò unius consensum sufficere putavi, eoque apposui vocabulum *UTRIUSQUE*; eodem separans pollicitationem à Pacto; quod consensum ad minimum duorum requirit; illa etiam unius, offerentis nim. assensu est contenta l. pactum. 3. ff. de pollicit. C. I. A. 0. 5. & 77. de pact. Azo, in summ. Cod. de pact. n. 3. Pacius in Comment. ad l. 1. §. & est pactio. ff. de pact.

X. Dico (3) CONTRACTUI PRINCIPALI hoc ipso moniturus, non omnium me pactorum adjectorum suscepisse tractationem, melius enim semper videbatur pauca cautè agere, quam multis interesse periculose, juxta N. 44. c. & non fingant. 3. Proinde excludo non tantum pacta adjecta dotibus (horum tractationem reiiciens ad tit. ff. de pact. dotal. & Cod. de Pact. convent. tum. supr. dot. ubi C. I. A. Trentl. Wesenb. & alij prolixè hac de re differentes) sed & omnibus alijs actibus tam inter vivos, ut I. Divortijs, quæ licet Jure Civili contractibus in multis accomparentur per l. si uxor. 42. ff. de iudic. l. si unus. 27. §. pactus 2. vers. quod & in specie ff. de Pact. N. 22. c. 4. add. C. I. A. 0. 219. de iudic. & 0. 15. n. 1. de Divort. Pacius ad d. l. 7. §. 5. vers. ut puta post divortium ff. de Pact. commodiorem tamen, sibi que propriam sedem adeptam in tit. ff. & cod. de divort. sua sponte exclusionem admittunt: II. Investituris, quas utut contractuum inferat ordini Gothofr, Anton. Diss. Feud. 4. 0. 2. lit. b. cumque eo Feüdd. Comm: Libuit tamen ob materiæ vel gravitatem vel amplitudinè suis reservare Interpp: Præsertim Gothofr. Ant. d. disp. 4. 0. 7. lit. f. Gædd. Diss. Feüdd. 3. 0. 19. lit. c. Andr. Knichen de Pact. Investit: atque alijs infinitis. III. Precario, quod aliquo respectu affine commodato fatetur Vlpianus in l. 1. §. fin. ff. de Precar. Indeque ex bono & æquo datur actio præscriptis verbis l. ait Prætor. 2. §. & naturalem 2. ff. d. r. Propriè tamen nec verum nec quasi contractum argumento l. interdictum 14. ff. de precar. rectè probat Cujacius in 6. ff. & Cod. de Precar. & lib. 4. Obs. c. 7. quem sequuntur C. I. A. 0. 2. de Precar. & Knipschildt Exercit. 3.

B 3

de contract.



de Contract. quest. 13. dissent. Treüt. 1. Diss. 24. §. 5. lit. c. IV. Re-
rum traditionibus l. in traditionibus 48. ff. de Pact. Pacta enim con-
iuncta cum dationibus alijs vel factis informibus seu simplicibus
faciunt contractum innominatum Bachov. d. Comm. ff. rubr. de Pact.
ad. n. 1. V. Servitutibus, & personalibus l. omnium 3. de Vusu. &
& realibus l. servitutes. 4. de servit. Quam inter mortuos, ut suc-
cessioni futuræ tum renunciandæ conf. l. ult. ff. de suis & leg. l. pa-
ctum. 3. C. de Collat. Donell. in l. fin. C. de Pact. Forster. de Pact. c. 6.
tum acquirendæ. ut unioni prolium Gail. 2. Obs. 125. reciprocæ suc-
cessioni Gail. 2. Obs. 126. Non verò aded angustis includendum li-
mitibus putavi dissertationem istam, ut cum Bachovio d. comm. ff.
sub rubr. de pact. Adiect n. 1. excludam pacta adiecta contractibus
ex intervallo: Hæc enim quamvis non informant contractum ad
actionem l. 7. §. quinimò. 5. ff. de pact. eorum tamen non exiguum,
ne Bachovio quidem renuente, effectum demonstrabo §. seq. 34.

XI. Sub vocabulo ALIQUID comprehendo (4) non tan-
tum, quæ substantiæ sed & naturæ ipsius contractus vel adijciunt
vel detrahunt. arg. l. jurisgentium. 7. §. quinimò. 5. & §. adeo. 6. ff. de
Pact. l. pacta conventa. 72. de Contrah. Empt.: (rectius enim hæc se
invicem separantur ac distinguuntur vid. infr. quest. 3.) Substantiæ,
ut si contractibus per se gratuitis adijciatur pactum de mercede
præstanda l. si ut certo. 5. §. nunc videndum. 2. ff. commod. l. si tibi. 22.
de Præscr. verb. Deposito apponatur pactum, ut depositario re de-
posita uti liceat l. certi 9. §. ult. de reb. cred. Mutuo ut non idem ge-
nus reddatur, sed pro pecunia vinum, pro oleo frumentum l. mu-
tuum. 2. ff. de reb. cred. l. pen. C. de rer. permut. atque his similia: Na-
turæ, ut si Emptioni venditioni adijciatur pactum de cautione
cum fidejussore præstanda l. si dictum. 56. ff. de Evict. l. Emptori. 37.
eod. vel non præstanda etiam nuda promissione Hottomann. ad l. bo-
næ fidei. 13. C. de Pact. & quest. Illust. 37. Alia pacta immutantia
naturam Emptionis venditionis petantur ex l. si sterilis. 21. §. si tibi.
4. ff. de A. E. l. si fundi. 79. de Contrah. Empt. l. si covenierit. 6. de rest. ven-
dit. C. I. A. §. 51. de Contrah. Empt. Mozz. de Contract. rubr. de accid.
Empt. Althus. lib. 1. Dicaol. c. 74. n. 55. Locationis conductionis ex
l. cum quidam. 17. §. ex locato. 4. ff. de Vsur. l. si tibi. 27. C. de locat. l.
sed videamus. ij. §. ult. l. sed. addes. 19. §. illud. 2. in fin. ff. eod. Mozz. rubr.
de Accid. Locat. C. I. A. §. 12. n. 17. eod. Emphyteuseos ex l. 1. & 2. C.
de lur.

de iur. Emphyt. N 7. c. 3. pr. Card. Tufchi. lit. P. Conclus. 17. n. 2. Thom. Maulio de Locat. tit. 6. n. 60. C. I. A. θ. 25. & seqq; cum θ. 40. si ag. ve-
ctig. Mandati ex l. naturalis. §. §. sed si. 4. ff. de Praescr. verb. l. 1. §. quod
si. 12. ff. depositi. l. & Aristoni. 39. Mandati, Depositi ex l. in Asia. 12.
pr. l. 1. §. si convenit. 6. ff. depos. C. I. A. θ. 8. depositi Bocero ad l.
contractus 23. c. 5. n. 2. de R. I. Commodati ex l. si ut certo. §. §. inter-
dum. 10. ff. commod. C. I. A. θ. 7. in fin. eod. Knipschild Exercit. 1. de Con-
tract. θ. 19. Mozz. sub rubr. de Accident. commod. Societatis ex l. cum
societas. 69. l. duo 71. l. cum duobus. 32. §. item Mela. 13. pro Socio. C.
I. A. θ. 25. n. 15. eod. Mozz. de Accid. soc. Forst. de Pact. c. 6. Pignoris
ex l. inter debitorem. 42. l. Epistola. 52. §. pactum. 2. de Pact. l. ult. C.
fin. Cens. vel reliq. Mozz. de Accid. Pign. Treutl. 2. Disp. 1. θ. 6. lit. c. &
d. Duaren. de Pact. c. 4. n. 2. de quibus singulis consulatur Hottom.
d. quest. Illustr. 37.

XII. Claudio (§) definitionem verbis ADIJCITUR ET DE
TRAHITUR: Adijcere verò in genere dicitur quod auget id, cui
adijcitur l. si ex toto 8. ff. d. leg. 1. In specie atq; pro subjecta materia,
quod conditionem contrahentis facit meliorem d. l. 7. §. quinimò
§. ff. & l. 13. C. de Pact. C. I. A. θ. 93. d. t. Althus. lib. 1. Dicaol. c. 66. n.
3. Naturalem vice versa contractus præstationem atque debitoris
obligationem reddit graviolem Bachov. 1. Disp. Treutl. 6. θ. 10. lit. f.
C. I. A. θ. 27. n. 3. de reb. cred. Hoc enim est augere informare &
extendere obligationem, eique novam addere qualitatem l. peri-
culi §. §. 1. de naut. fœn. Bachov. in Comm. ff. sub rubr. de Pact. adject. n.
4. p. m. 584. Ægid. Hortens. ad d. l. 72. de Contrah. Empt. Nec tan-
tum obligationem sed & inde natam actionem amplificare l. in bo-
na fidei 36. ff. de pecul. Hottom. quest. Illustr. 36. seq. 4. Ut vel malè
Gœddeus de Contrah. stipul. c. 8. conclus. 2. n. 56. hic referat l. quod
si 10. de reb. cred? Quæ nec de augenda nec extendenda obligatio-
ne loquitur, sed libero accipientis arbitrio relinquit, an acceptam
velit habere pecuniam tanquam mutuam, an ut depositam, refu-
tante Bachovio supr. all. com. ff. n. 4. Alia occurrit hujus vocis si-
gnificatio in rubr. & tt. ff. & Cod. de in diem Addict. Ubi adijcere de-
notat meliorem conditionem afferre, sive auctuarium adijcere
Gothofr. ad d. rubr. non contractui per se considerato, sed pretium
tantum a contrahentibus jam definitum ab extraneo quodam au-
gere C. I. A. θ. 2. de in diem addict. Ex quibus facile apparet vis at-
que

que *ἀνίπνεα* vocis detrahere arg. l. 1. pr. de his qui sunt sui vel al. jur. Id enim sive (quibus promiscuè utuntur Icti Conf. Ant. Cont. lib. 1. Disp. c. ult. Hortens. d. Comm. vers. pacta conventa. p. m. 9.) deminuerè, derogare, excipere, delibare, eximere, est aliquid naturali vel conventionali contractuum causæ derogare Bocerus ad d. l. 23. c. 5. n. 8. de R. I. Ejusque leviolem facere præstationem, uti rectè definiens Hottomannum laudat Bachovius ad Treutl. d. disp. 6. §. 10. lit. f. sequitur C. I. A. §. 27. n. 3. de reb. cred. Quæ utriusque vocis significatio occurrit in d. l. pacta conventa 72. de contrah. Empt. Confer Virum Consultissimum Clarissimum Dn. D. Biccium Præceptorem atque Patronum meum summè venerandum in Disp. sua Inaugur. §. 19.

Causa Efficiens remota.

XIII. Pertractata hæctenus quæstione τί ἐστὶν, succedit τό δὲ ἰστίον, quæ causas considerat; quarum efficienti primū tribuo locum; eandem dispescens cum Forstero d. Pact. c. 5. pr. in remotam & propinquam; De causa remota dissentiens est Dd: opinio; Quibusdam Jus civile affirmantibus Rittersh. lib. 3. diff. c. 1. sub fin. ubi nec apud Græcos, nec alias Gentes subtilem hanc juris Romani inter pacta & stipulationes observatam fuisse differentiam testatur arg. l. si tibi 27. ibi jure nostro i. e. jure civili Romano C. de Locat. Alijs Jus Prætorium Paul. de Mont. Pico d. Comm. ad l. 9. C. de Pact. n. 1. Cæteris Jus Gentium Wesenb. ad §. omnis stipulatio 3. n. 6. Inst. de V. O. lit. n. Cuno de Pact. c. 24. n. 5. Gadd. de Contrah. stipul. c. 2. n. 2. Mediam eoque tutiorem inijt viam Aithusius lib. 1. Diceol. c. 90. n. 4. secutus Cujacium ad l. 6. de Pact. malè eo nomine reprehensum à Forstero de Pact. c. 5. pr. qui rectius pactum ratione originis Juri gentium, ratione formæ Juri Civili ascribit; Quam licet de Pactis simplicibus conceptam sententiam, quò magis pactis nostris applicemus, nil impedit; Ecquid enim, ut à Jure Gentium exordiar, aded naturali æquitati consentaneum, quam ut ea, quæ inter contrahentes placuerunt, serventur l. 1. de Pact. l. non minorem 20. C. ~~de Pact.~~ C. I. A. §. 28. d. t. Qua proinde æquitate moti arg. l. quod Ephesi 4. §. interdum 1. ff. de eo quod cert. loc. Non tantum Prætor l. Jurisgentis. 7. §. Prætor. 7. ff. de Pact. Conf. Paul. de Monte Pico ad l. 9. C. de Pact. n. 1. sed & Jus civile l. 7. §. quinimò 5. & l. in bona fidei 13. C. de Pact. hæc pacta Adjecta confirmarunt, atque sua fecerunt, concedendo vel actionem, si incontinenti contractibus bonæ fidei d. l. 13. vel exceptionem, si contractibus stricti Juris, aut bonæ fidei

707
dei, ex intervallo tamen, sint adjecta *l. pacta conventa. 72. de Con-*
trah. Empt. add. Infr. θ. 30. cum seqq.

XIV. Causa efficiens proxima, quæ potissimum hic spectan-
da *arg. l. sed eximendi 4. §. item si quis. 1. cum l. seq. §. 1. Ne quis cum*
qui in jus voc. sunt personæ contrahentes, aucturi vel detracturi
quid contractibus suis, eorumque consensus Conf. Forster. de Pact.
c. 5. pr. Wesenb. in w. ff. d. t. n. 5. C. 1. A. θ. 29. eod. Quia verò pa-
cisci, quemadmodum & contrahere est de genere permissorum
Cuno de Pact. c. 6. n. 2. C. 1. A. & Wesenb. dd. locc. pacisci poterunt in
vel post Contractum omnes, qui non prohibentur arg. l. 12. §. 1.
de judic. l. 43. §. 1. de procurat. l. 1. §. 1. de testib. ut puta rei cujus-
que Domini, liberam ejusdem administrationem, alienandique
potestatem habentes arg. l. quod 7. §. uxori ff. de donat. int. Vir. &
Vx. pr. Inst. quib. alien. lic. Quorum numero eximuntur (1) natu-
ra; ut qui consentire non possunt l. 1. §. & est pactio 3. de Pact. Bor-
cholt. de Pact. c. 3. n. 1. Hackelm. Disp. 8. θ. 34. Infantes §. pupillus 9.
Inst. de Inut. stip. l. pupillus 9. ff. de A. H. Donell. ad l. 127. n. 7. de V. O.
qui nec soli, nec Tutorum Auctoritate adhibita pacisci pos-
sunt arg. l. mulier. 70. de V. O. Furiosi, quorum nulla est volun-
tas l. furiosi. 40. de Reg. Jur. add. Forster. d. c. 5. pr. Azo. in summ. Cod.
h. r. n. 5. Impuberes absque Auctoritate Tutoris rem suam deteri-
orem facientes l. contra. 28. de Pact. pr. Instit. de Auct. Tut. Secus
si vel Auctoritate Tutoris interposita contrahentes paciscantur l.
in negotijs 5. de Reg. Jur. vel eadem omissa rem suam meliorem faci-
ant d. l. contra 28. (2) Lege, ut prodigi Hunn. d. c. 3. quest. 8. & 9.
Forster. d. c. 5. Ebrij Treutl. d. disp. 6. θ. 5. lit. a. Hunn. d. c. 3. quest.
11. Forst. d. loc. Ægroti cum Medico Conf. Paul. Busium in Comm. ad
l. 27. §. pacta 4. de Pact. Treutl. 1. Disp. 6. θ. 7. lit. c. atque his simi-
les: Nemo quoque alteri pacisci potest §. si quis 4. Inst. de Inut. sti-
pul. l. si quis 17. §. si pactus sum. 4. de Pact. gl. actio in l. cum res 22. C.
de donat. quod non tantum obtinet in pactis simplicibus per dd.
text. sed multò magis in pactis contractibus adjectis; hæc enim
non vestiuntur cohærentia contractus, quando inter contrahen-
tes non sunt inita, vel tendunt in utilitatem tertij gl. in jure nostro
d. l. 27. C. de Locat. Conf. l. 3. & tt. C. Ne Vxor. pro Mar. l. 1. & tt. C.
Ne fil. pro Patr. quia ex contractu liberi hominis obligatio alteri
acquiri non potest l. 1. C. per quas person. nedum alter alteri obli-

Proxima.

C

gari

gari *l. solvendo 39. ff. de Neg. gest.* Cujus propositæ regulæ limitati-
ones aliquas haud invitus agnosco cum Bachovio in *Comm. ff. sub*
rubr. de person. n. 2. & seqq. & rubr. de Pact. Inut. n. 3. Borcholt, *de*
Pact. c. 4. n. 1. & seqq. Forster. d. c. 5. p. m. 133.

Obiectum
sive mate-
ria circa
quam.

XV. Sequitur Obiectum sive Materia circa quam, quæ sunt
omnes contractus; horum enim natura admittit pacta. Quam-
obrem Icti sæpius monent, obligationum causas pactis immutari
posse, *l. contractus. 23. l. nec ex P. atorio 27. de R. I. l. 1. §. si convenit.*
6. ff. de pos. l. in Emptionibus 43. de Pact. Inque contractibus spe-
ctandum quid convenerit *l. si merces 25. §. conductor 3. ff. locati l.*
circa 19. C. eod. l. ex Empto. 11. §. & imprimis 1. ff. de A. E. actumque
lit l. semper. 34. de Reg. Jur. l. fin. qui sin. manum. lib. l. eum qui 41. de
V. O. l. 6. §. si fundus 1. de Contrah. Empt. his deficientibus pacta
propriè adjecta dici nequeunt Bocerius ad d. l. 23. de R. I. c. 5. n. 3.
Nec verò interest, an adijciantur contractui puro an conditionali
l. si invenditione 10. pr. ubi gloss. & Gothofr. de per. & comm. rei vend.
Gabr. Mudæus de Contrah. Empt. part. 5. c. de Pact. Inform. n. 8. nomi-
nato an innominato l. si ribi. 13. ff. de prescr. verb. (Quamvis si ac-
curatius loquentem audiam Bachovium in *Comm. ff. d. t. sub rubr.*
de Pact. Adject. n. 1. pacta hæc non tam informare contractum in-
nominatum, quam adjecta dationibus sive factis illis simplicibus
novum producere, tutius affirmaverim *add. Mudæus d. c. 20. &*
21. conf. Treurl. 1. D. 30. 0. 2. lit. f. ibique Bachovium C. I. A. 0. §. de
Æstimat. act. gl. in l. si ut proponis 2. C. de Cond. ob caus. dar. sequitur
Ant. Fab. in Rat. ad l. 7. §. 5. lit. b. de Pact. Licet falsa ibid. nitatur
hypothesi, nim: quod omnes contractus innominati sint stricti
Juris (quid enim manifestius refragatur verbis *§. actionum 28. Inst.*
de Action. consul. C. I. A. 0. 14. n. 6. de Prescr. verb.) eandem incul-
ans dd. ration. ad l. 17. §. si rem 2. de prescr. verb. clarius in rat. decid.
ad l. 7. §. sed si facio 4 eod. De quasi contractibus majorem atque
difficiliorem rationem dubitandi atque decidendi rejicio ad quæ-
stionem hujus dissertationis primam: Id verò à veritate nimis re-
motum arbitror, quod intendit Ant. Fab. in *rat. decid. ad l. ex Em-*
pto. 11. pr. lit. b. de A. E. atque sæpius repetit Corbulus *tract. de Jur.*
Emphyt. c. 15. n. 11. c. 12. n. 68. c. 14. n. 13. Contractum Emphyteu-
ticum per se nullam aliam naturam nactum, præter eam, quæ pa-
cto adjecto inducitur; Quod æquè falsum, ac verum est ex §.

adeo

adeo autem. 3. ibi Lex Zenoniana lata est, quæ Emphyteuseos contractus propriam statuit naturam Inst. Locat. l. 2. ibi. si autem nihil super hoc fuerit pactum C. de Iur. Emphyt. ubi Iason, Card. Tuschi lit. P. Conclus. Pract. 17. n. 2. add. Thom. Maul. tract. de Emphyt. tit. 5. n. 3. Perce. in tit. C. de Iur. Emphyt. pr. contractum hunc ex se propriam naturam habere, ac proinde pacto aliquo ad sui perfectionem non indigere; facit, quod contractus hic pactis informari rectè dicatur; contractus autem qui nullus est, pactis informari vix potest, cum non entis nullæ sint affectiones l. nam et si 5. ubi gl. verb. ubi nullus est cum all. text. ff. de Injust. rupt. testam. add. Gabr. Madaus d. loc. n. 19.

XVI. Fiunt autem pacta hæc plerumque de his, quæ sunt præter contractus naturam Gædd. ad l. 90. n. 6. de V. S. (quamvis non raro de ijs, quæ sunt de natura contractus, eique insunt, etiamsi nihil actum sit inter contrahentes exemplo l. fistulas 78. §. qui fundum. 2. de Contr. Empt. cum alijs text. alleg. à C. I. A. 0. 60. d. t. Vult. i. I. R. c. 44.) tam præstandis, quam non præstandis factis ac rebus, quatenus in rerum commercio sunt, i. e. dominio vel usui nostro subijci possunt, Dd. in l. jurisgentium 7. §. si paciscar. 13. de Pact. §. 1. 2. 3. Inst. de Rer. divis. Gædd. de Contrah. stipul. c. 6. n. 2. & 3. nec naturali vel civili jure eodem exemptæ Gædd. d. loc. Treutl. i. Dissp. 6. 0. 7. lit. c. Wesenb. in æ. ff. de Pact. n. 6. Naturali, ut si de re sive facto turpi atq; inhonesto inita sunt; hæc enim nullius esse momenti decidit Imp. in l. pacta 6. C. de Pact. ubi Paul. de Monte Pico & Duaren. d. c. 4. n. 3. de Pact. C. I. A. 0. 60. eod. Gædd. ad l. 3. n. 33. de V. S. Paul. Bus. in Comm. ff. ad l. 27. §. pacta 4. de Pact. Civili; ut quæ sunt contra læsionem publicam d. l. 7. §. si paciscar 14. in fin. & §. generaliter 16. de Pact. veluti ne quis novi operis nunciationem exsequatur, quæ publicum concernit d. §. si paciscar 14. in pr. ne experiar interdico unde vi l. si unus 27. §. pacta 4. d. t. Bach. d. Com. ff. rubr. de Object. Pact. n. 1. Quæ omnia duabus includunt regulis Borcholt. de Pact. c. 5. pr. Duarenus de pact. c. 4. Bachovius d. n. 1. I. Quod de omnibus rebus privatis seu familiaribus (honestis scil: ut supra) pacisci liceat d. l. 7. §. si paciscar. 13. cum seqq. de Pact. II. Quod de jure l. 38. Re d. l. 7. §. si paciscar 14. sive causa publica l. 27. §. pacta. 4. in fin. Item contra Jus commune d. l. 7. §. & generaliter 16. ejusque formam §. sed et si quis 15. de

Pact. (hæc enim in dd. locc. synonymicè accipiuntur *Bachov. d. rubr. de Object. n. 1.*) pacisci non liceat.

XVII. Quæ singula cum pactis simplicibus communia habent pacta nostra: In eo quid singulare; quod licet pacta illa simplicia de re aliena fieri vix possint *arg. l. nemo 61. ff. & l. ult. C. de pact. Hackelm. Diss. de Pact. §. 42. C. I. A. §. 76. d. t. nisi fortè in eum casum, quo res aliena ipsius pacto promittentis propria fiat, quemadmodum in stipulatione l. stipulatio 38. §. qua situm. 4. ff. de V. O. quam limitationem suggerit C. I. A. §. 76. de Pact. verbis licet obscuris, clarioribus redditis à *Viro supra cum honore allegato Consultiss. Dn. D. Tabore in C. I. A. recognito d. §. 76.* hæc tamen pacta adjecta contractibus, in quibus rei alienæ obligatio subsistit, ut sunt contractus Emptionis *l. rem alienam 28. ff. de Contrah. Empt. Locationis conductionis l. si tibi 7. ff. Locati.* (secus est in pignore *l. si debitor 2. ff. de pignor. act.*) possint etiam fieri de re aliena *arg. d. l. rem alienam. 28. & l. ult. C. de Pact. inter Empt. Wesenb. in 7. ff. de Pact. n. 6. pr.**

XVIII. His præmissis intrepidè concludo: Quibuslibet contractibus quælibet pacta posse adijci, sive de usuris solvendis *l. Lucius Titius. 24. ff. depositi l. initio. 5. C. de Pact. int. Empt.* Contractu in scripturam redigendo *l. contractus 17. C. de fid. Instrum. pr. Inst. de Contrah. Empt. de periculo, casu fortuito, culpa atque dolo præstandis l. contractus. 23. de Reg. Jur. agatur; frustra proinde excludit (Quod cum venia tanti viri dictum) Bachovius *d. rubr. de Pact. adiect. n. 4. p. 583. & in dispp. Miscell. c. 8. p. m. 68.* contractus reales, quibus non nisi pacta de dolo, culpa aut casu fortuito apponi autumat: Cui refragantur pacta infinita quibus contractus illi informari solent; utpote pactum deposito adiectum, ut res custoditæ sumptibus deponentis certo loco restituantur *l. ei 5. §. in sequestrum. 1. l. si in Asia. 12. ff. depositi; Pactum contractui pignoratitio adpositum, ut onus tributi prædij oppignorati non creditor sed debitor agnosceret l. inter debitorem. 42. de Pact. ut creditor fructus rei oppignoratæ in vicem usurarum consequatur l. si ea lege 17. C. de Usur. ut vel satis mirari non liceat, quo factum, quod omnium iudicio subtilissimus atque alias satis cautus Bachovius horum pactorum planè oblitus sit, nisi de eo, quod frequentius fit, acci-**

acipiatur, eoque salvetur, quod ut aliquantò durius, doctiorum relinquo iudicio: Verius à superiori regula excipio (1.) nisi pacta illa sint jure naturali aut civili prohibita; vel (2.) à natura contractuum quibus adijciuntur nimis remota; vel (3.) eorundem contractuum substantiæ contraria: Illa enim, cum per se invalida nulla, ac ne quidem ad exceptionem utilia l. 7. §. ait Prætor. 7. ff. de pact. coherentia contractus ad actionem producendam efficacia non redduntur arg. l. pacta 15. C. de Pact. Cuno de Pact. c. 9. n. 13. Ista, quoniam naturam & præstationem suorum contractuum non contingunt, iisdem nec inesse poterunt arg d. l. Iurigentium 7. §. a. deo 6. ibi exceptiones eas inesse, quæ sunt ex eodem contractu, ubi Gothofr. ff. de Pact. Bachov. d. disp. Treutl. 6. 9. 10 lit. a. & b. & d. rubr. de Pact. adiect. n. 5. & 6. add. Mornacius ad l. 40. de reb. cred. Mantica de tacit. & ambig. Convent. lib. 24. tit. 3. n. 10. Hæc verò quia contractibus planè adversantur, iisdem confirmari nequeunt exemplo manifesto commodati, ubi pactum de solvenda pecunia pro re commodata eodem contractu non vestitur arg. §. item us. 2. vers. commodata. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. Mozz. de substant. Commod. n. 6. add. Infr. 9. 35. lit. a.

XIX. Formam, quæ, ut præcipua cujusque tractationis pars l. Iulianus. 9. §. si quis. 3. ff. ad Exhib. ubi gloss. & Wesenb. in π. ff. de pact. n. 9. & de legib. n. 1. hic omittenda non videbatur, facimus duplicem, Pacti constituendi atque constituti: Forma constituendi est consensus ab utraque contrahentium parte interveniens l. 1. §. ult. ff. de Pact. dum ex diversis animi motibus l. si voluntate. 8. C. de rescind. vendit. in unum tandem consentiunt d. l. 1. §. ult. conf. supr. 9: Est verò consensus iste alius in pactis simplicibus, alius in Adiectis: In illis manet in nuditate sua atque simplicitate fac. l. quod si nolit. 31. §. illud planè. 18. ff. de Aedit. Ed. l. 7. §. sed cum nulla. 4. ff. de pact: In his vestitur coherentia contractus, qui eidem tanquam causa atque negotium subest Bachov. d. rubr. de Pact. Adiect. n. 1. & 6. aliud discrimen suggerit Bachov. rubr. de tacit. convent. n. 1. de qua infi. quæst. 2.

XX. Declaratur porrò consensus iste non tantum verbis l. 7. §. quod ferè. 12. de pactis. sed & scriptura l. contractus. 17. C. de fid. Instrum. utrisque ad ejus perfectionem non necessariis: Quamvis enim

Forma
Pacti Ad-
jecti con-
stituendi.

d.
er
ha-
im-
de
um
nat,
de
cet
on-
acta
ut
npt.
ore
g.d.
f. de
on-
Lu-
ctu
7. de
an-
dit
act.
rea-
oni
i in-
odi-
que-
itio
sed
fru-
e 17.
ni-
ho-
fit,
cci-



enim pacta plerumque mutua collocutione contrahantur *Gæd. de Contrab. stipul. c. 1. n. 68.* ut non parum quandoque dubitetur, pactum, an stipulatio intercesserit *l. 7. §. quod ferè. 12. ff. de pact.* Eam tamen absque solenni interrogatione atque responsione fieri (utpote qua degeneraret in contractum stipulationis *l. stipulationum. 5. §. stipulatio 1. de V. O.*) indeque nuda verba, absque ullo interrogationis atque responsionis ordine formaque sufficere affirmanti subscribo *Bachovio d. Comm. rubr. de form. pact. nud. n. 2. Forster. de Pact. c. 7. Wesenb. d. n. 7.* (ubi in pr. non parum impingere videtur, dum non nisi verbis, licet non solennibus, pactum fieri affirmat? Hoc enim concessio tam mutus contra *l. item. 4. §. sciendum. 1. ff. de pact.* quam surdus, contra *l. in quibuscunque. 48. de O. & A.* hoc paciscendi beneficio privarentur: Nec Pactum nutu perfici posset repugnante *l. obligamur. 52. §. ult. ubi Gothofr. de O. & A. conf. C. 1. A. 8. 79. de Pact. Forst. d. c. 7.*) Scripturam eò minùs necessariam arbitramur, quo magis de jure certi sumus, eandem plerisque (excipitur enim contractus literalis, qui ad sui perfectionem omninò scripturam requirit *tt. Instit. de liter. oblig.*) contractibus *d. l. contractus. 17. C. de fid. Instrum. l. contrahitur. 4. ff. de ping. l. in re 4. ff. de fid. Instrum.* atque pactis tam adjectis quam simplicibus *l. pactum. 17. C. de Pact* probationis magis, quam solennitatis causa adhiberi *conf. Bartol. in d. l. pactum. 17. Pacium ibid. C. 1. A. Forst. all. locc.* Quorum numero an rectè eximantur pacta contractui Emphyteutico apposita absque ratione non dubitatur? Pro affirmativa concludit Pacius atque Hottomannus *in comm. ad d. l. 17. C. de Pact.* qui libenter subscribo, affirmans omnia pacta contractui Emphyteutico adjecta scriptura interveniente fieri debere per *l. 1. ibi pactionibus scriptura interveniente habitis & l. 2. ibi siquidem aliqua pactiones in Emphyteuticis instrumentis fuerint conscriptæ C. de lur. Emphyt. gl. in d. l. 17.* ubi inter alia excipit etiam pacta huic contractui adjecta: Quamvis ad eundem contractum per se & absq; pactis consideratum scripturam necessariam non esse *Bachov. in disp. Miscell. c. 6.* nisi in Emphyteusi Ecclesiastica, tutius assentiar *Rittershusio lib. 3. diff. c. 24. vers. ut & Pacio d. Comm. ad l. 17. C. de Pact.* quam *Glossæ* contrarium sentienti *in d. l. 1. ibi scriptura interveniente C. de lur. Emphyt.*

XXI. Quod si de forma interponendorum horum pactorum
quærat,

queratur, non multum interesse putarem, antecedant an subsequantur contractum *l. si apud priorem 3. ibi antecedentis vel incontinenti secuti pacti C. de Edil. Ed. add. l. Iurisperitum 7. §. quinimo 5. ff. de pact. l. petimus 27. C. eod. Althus. lib. 1. Dicaol. c. 66. n. 5. C. 1. A. 8. 87. de Pact. Bartol. in l. si ita scriptum. de legat. 1. incontinenti scilicet post longum enim intervallum si adijciantur, considerato effectu multum refert *d. l. 3. conf. infr. 8. 34.* Possunt item concipi tam pure, quam sub conditione atque in diem *l. Emptor. 47. pr. ff. de Pact. C. 1. A. 8. 87. Wesenb. d. n. 7. de Pact.* tam dato aliquo vel remisso, quam gratuito, *Treüt. 1. Diss. 7. 8. 1. lit. e. (dissensus Wesenbecij in ff. d. 1. n. 3. & 8. Infr. 8. 24. notabitur)* in quibus ferè omnibus sequuntur naturam contractuum, quibus adijciuntur *Wesenb. d. n. 3.**

XXII. Forma, constituti pacti nostri, pro diversitate contractuum, quibus adijcitur, est diversa; Quod si enim contractui bonæ fidei adijciatur, consideratur ut pars ejusdem atque una cum contractu *res arg. l. si fundi. 79. de contrah. Empt. l. si sterilis. 21. §. si tibi. 4. ff. de Action. Empt. Donell. ad d. l. 13. C. de Pact. n. 13. Althus. lib. 1. Dicaol. c. 90. n. 7. Hortens. ad d. l. 72. vers. adminicula de Contrah. Empt. Hackelm. 2. Illustr. quest. 8. 8. lit. b. Ant. Fab. in ration. decid. ad l. 75. de Contr. Empt. Bachov. ad Treüt. 1. Diss. 6. 8. 10. lit. a. & b. Andr. Rauchbar. quest. Jur. Civ. & Saxon. 6. n. 37. eoque sæpius pars conventionis dicitur, quæ assumit & imitatur naturam conventionis principalis *Althus. lib. 1. Dicaol. c. 66. n. 2. ex quibus postmodum fit una conventio Althus. d. loc. n. 6. Petrus Follerus Frax. Censual. p. 399. n. 11. Secus si adijciatur contractui Stricti juris, tunc enim non ut pars, sed ut nudum atque à principali contractu separatum planè accidens habetur: Quod probat (dissentiat licet *Gædd. de contrah. stipul. c. 8. conclus. 2. n. 85.*) Donellus in *Com. Cod. ad d. l. 13. de Pact. n. 12. duplici exemplo (1.) stipulationis (dissentit & hic Bachov. in Comm. ff. rubr. de Pact. Adject. n. 4.)* cujus proprium, quod non nisi, quæ palàm à stipulantibus expressa sunt, contineantur *l. quicquid. 99. de V. O. ut vel pacto suppleri nequicquam possit conf. l. si ita 126. §. Chrysogonus 2. in fin. de V. O. (2.) Mutui, quod re contrahitur, supra autem, quod datum est, re contrahi obligatio nequit *l. rogasti 11. §. 1. de reb. cred. eoque nec pacto aliquid adijci, quod ejusdem fiat pars: Nec verò sufficit pactum adjectum esse bonæ fidei contractui, sed desideratur præterea adjectio****

ctio

Actio incontinenti facta per all. supr. text. Quod si enim ex inter-
vallo adijciatur pactum, ex parte rei non actoris inerit, l. jurisgen-
tium. 7. §. quinimo 5. ff. & l. in bona fidei 13. C. de Pact. adeoque pars
sui contractus intelligi nequit, utpote, quæ tam reo, quam acto-
ri prodesset Wesenb. in π. ff. de Pact. n. 9. p. m. 194.

XXIII. Alius diversitatis effectus se exerit in eo, quod licet
pacta sua natura sint stricti juris ut per gl. in l. 7. §. 5. verb. quinimo
ff. & l. pacta. 6. verb. nullam vim C. de Pact. probat Wesenbecius in
π. ff. de Pact. n. 3. & ad eundem Bachovius vers. addit rationem, idemq;
in Comm. ff. ad l. 27. §. item si 8. ff. de Pact. patitur tamen hoc in
materia nostra necessariam limitationem, nisi vid. adjecta sint bo-
næ fidei contractibus Wesenb. d. n. 3. & n. 10. eod. Cujus limitatio-
nis ratio petitur ab eo, quod ex hoc pacto adjecto atque principa-
li contractu fiat una conventio Althus. lib. 1. Dicaol. c. 66. n. 6. add.
vott. supr. θ. preced. ut necesse sit alterum in alterius naturam con-
fundi; quod de contractu principali in pacti adjecti tanquam ac-
cessorij naturam confundendo dici vix potest, cum accessorium
induat naturam sui principalis l. un. §. etsi 2. C. de rei Vxor. act. c. 42.
de R. 1. n. 6. non etiam vice versa, principale naturam sui accesso-
rij Wesenb. d. n. 3. Quam rationem, licet generaliter tam de pa-
ctis, quam contractibus proponat Wesenbecius d. n. 3. imò ex-
pressè ad contractus accessorios referat d. n. 10. de solis tamen pa-
ctis nostris pro subjecta ibid. materia accipiendam, suadent con-
tractus ferè omnes accessorij, quorum natura non mutatur per
contractus principales, quemadmodum hoc exemplo stipulatio-
nis accedentis venditioni; pignoris, accedentis mutud, manife-
stum fit Bachov. in Comm. ad Wesenb. ibid. Mantica de Tacit. & am-
big. convent. lib. 1. tit. 13. Invertunt planè sententiam nostram supr.
all. glossa & Accursius citati a Wesenb. d. n. 3. affirmantes contra-
ctum bonæ fidei, informatum per pactum adjectum, fieri stricti ju-
ris: Nituntur autem fundamento infirmo æquè ac falso: quod
nim. ex hoc pacto adjecto detur actio præscriptis verbis, quæ sua
natura sit stricti juris? quod utrumque Analogiæ Juris adversum
docebunt infr. de Effectu horum pactorum inferenda. Eleganti
itaque ratione atque fundamento refutaturus Accursium utitur
Wesenbecius d. l. quod pactum contractui bonæ fidei adjectum
idedò intelligatur bonæ fidei, quia fructus veniant à tempore mo-
ræ ex

203

ra ex pacto incontinenti adjecto *l. si fundam. 2. C. de Pact. Int. Empt.* qui, si strictum esset, à tempore litis contestatae deberentur *l. videamus 38. §. si actionem 7. ff. de Usur. l. si homo 8. ff. de re Iudic.* Quamvis in hoc non parum hallucinari videatur *ibid.* dum non tantum fructus, sed & usuras (harum enim intuitu allegat *l. si ex mora 32. §. 2. ff. de Usur. & l. lites contestata 35. eod.*) post litem contestatam deberi statuit; quod in jure nostro nusquam reperitur decisum, imò vel contrarium appareat *ex supr. all. l. 38. §. 7. ff. de Usur. add. Ioh. Borcholt. de Usur. c. 3. n. 50. Ant. Fab. 11. Error. Pragm. 1. n. 5.* quamvis dissentiat Vultejus *1. Iur. Rom. c. 44. n. 71.* Quem proinde non multum juvat *d. l. 35.* quoniam *ibid.* usurae non dicuntur incipere post litem contestatam, sed potius non desinere, quae antea currere coeperunt *l. 1. C. de Iudic. Paul. Busius in Comm. ff. ad d. l. 35. n. ult. Borcholt. d. Comm. de Usur. c. 3. n. 51.*

XXIV. Ultima causarum superest, finalis: Quam huic materiae propriam facio; ut vel contractus constituendi adjuventur, dum contrahentes, ea, quae naturaliter insunt contractibus, se non praestituros; quae non insunt, praestituros, conveniunt; Vel constituti confirmantur, dum ea, quae ex natura contractuum debent, pacto promittunt; Vel tandem distrahantur, dum quid in substantia contractus mutant atque innovant. *de quibus 00. seqq. add. C. 1. A. 0. 88. de Pact.* Non multum itaque laboro in conciliandis diversis Dd: sententijs, dum quidam pactorum simplicium causam finalem statuunt donationem, quemadmodum *per l. 1. ff. C. l. cum donationis 34. C. de Transact. l. ex conducto 15. §. si uno anno 4. ff. locati.* affirmat Wesenbecius *in 7. ff. de Pact. n. 3. & 9. Hackelm. Disp. 8. de Pact. 0. 52.* Negant alij *per l. non damnatos 18. C. ex quib. caus. infam. l. furto 6. §. pactusq. 3. ff. eod. l. infisci 4. de Iur. fisci l. inter illum 41. l. divisionis 45. de pact. conf. Treutl. 1. Disp. 7. 0. 1. lit. e. Hun. de Transact. c. 1. quest. 4. Andr. ab Exea de Pact. n. 1. & 3. Paul. de Monte Pico ad l. 5. n. 8. & 9. C. de Pact.* Praeterquam enim, quod lis haec fit fori alieni, non licebit citra temeritatis notam distinctioni à Clariss. Dn. D. Tabore propositae *7. disp. Wesenb. quest. 9.* quicquam addere, in qua libenter acquiesco; cogitaturus interim, uspe non frustrante, de concilianda contradictione, quae apparet apud Wesenbecium *n. 5. de pact. vers. hoc enim donare est, collato d. n. 08. ejusd. tit.*

Finalis.

Effectus.

XXV. Hactenus de quatuor causarum generibus (hæc enim merito præcedere debuerunt *arg. l. si in diem. 46. ff. de cond. & demonstr.*) dixisse sufficiat: Sequitur Effectus, cuius potissimum intuitu has proposuisse Theses libuit: Quamvis autem Pactorum simplicium multifarios, pro diversis, quibus utimur, iuribus, effectus enarrare non difficile foret: Eos tamen à nostro semotos scopo, silentio præterire consultius videbatur; præsertim cum de his integros ferè commentarios inspicere liceat apud *Wesenbecium in x. ff. de Pact. n. 9. ibiq; Bach. Hunnium de Pact. c. 7. Forsteram eod. c. 8. Treütlerum & ad eundem Bachovium 1. Disp. 6. §. 9. & seqq. Althus. lib. 1. Dicaol. c. 90. C. 1. A. §. 89. & seqq. Borcholt. de Pact. c. ult. Bachov. in Comm. ff. de Pact. sub rubr. de Eff. pact. atq; infinitos alios: Nisi vel ea, quæ huic inserviunt materiæ, primis tantum labijs attingere placeret, præstruendæ potius, ad pacta nostra commodius perveniendi viæ, quam proponendæ alicujustrationis animo.*

XXVI. Rem itaque ut à principijs repetam: Antequam Iuris Romani notitia esset: Quæcunque etiam pactis nudis promittebantur, firma erant Jure Gentium; quibus grave videbatur, fidem fallere *l. 1. pr. l. illud. 25. ff. de pecun. const. l. 1. §. hæc autem. 4. ff. de pos.* Imò vel infamia affecere eum, qui adversus pacta sua veniendum putavit *l. ult. C. Theod. de Pact.* Nihil adeò fidei humanæ (i. e. juri naturali seu Gentium explicante *Wesenbecio in x. ff. de pact. n. 9. pr.*) congruum arbitantes, quam ut ea, quæ placuerunt, serventur *l. 1. pr. ibi Gothofr. & l. si quis in conscribendo 29. C. de Pact. l. non minorem. 20. C. de Transact.* quapropter eo jure obligatio efficax erat, ex qua tam actio, quam exceptio oriebatur *l. in his §. Imp. §. ff. de solut. l. cum amplius 84. de R. 1.* (quam legem cum de obligatione mixta atque propriè sic dicta accipiat *Goveanus in Comm. ff. ad l. 1. §. 17. ad l. Falcid.* merito refutatur ab *Hunnio de pactis c. 7. quest. 2. cui addatur novissime supr. cum honore allegatus Dn. D. Tabor in Elem: sua jurispr. Disp. de Oblig. in genere §. 17.*) Modo eidem pacto subsit naturalis æquitas, qua sola sustinetur *l. stichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de solut.* Hac enim deficiente, ne obligationem saltem jure naturali efficacem nasci censeo Auctoritate atque rationibus ejusd. *Dn. D. Taboris disp. Wesenb. 7. quest. 10. conf. Wesenb. d. n. 9. satis accuratè (testimonio acutissimi Bachovij in*

Com.

Com. ff. rubr. de Eff. pact. ex lur. Gent.) hac perstringens, atque Althuf. lib. 1. Diceol. c. 90. n. 4. Treürl. 1. Disp. 6. 8. 9. lit. a cum allegg. ibid. Hackelm. disp. de Pact. 8. 8. 53 Borcholt. de Pact. c. ult. n. 61. Andr. ab Exea de Pact. n. 294. Romulejus in rubr. Cod. de Pact. n. 95. Azo in sum. Cod. de Pact. n. 22. novissime Hugo Grotius lib. 2. de lur. bell. ac Pac. c. 11. dissentiat licet Continus lib. 5. Comment. c. 1. n. 5. cui satisfacere d. Grorius all. loc. Hunnius de Pact. c. 7. quæst. 1. Forst. eod. c. 8. Bachov. d. rubr. de Effect. Pact. ex lur. Gent.

XXVII. Progressa postmodum Juris Romani Auctoritate, atque crescente hominum astutia, hæc obligandi libertas aded constringebatur, ut non nisi ex conventionibus, quæ certum nomen à Jure Civili adeptæ d. l. Iurugentium 7. §. quæ pariunt 1. de Pact. vel saltem causam i. e. datum vel factum (sic explicante C. I. A. 9. 92. de Pact. atque Sudholt. Disp. Instit. 12. 8. 44. approbante Bachov. d. Comm. ff. sub. rubr. de Contract. n. 2.) contineat d. l. 7. §. sed si in alium 2. detur efficax actio (dissentit Wesenbecius in π. ff. de Pact. n. 9. vers. nec distinguo quoad contractus innominatos, quos yl sua actionem producere negat, sed tantum per accidens, quatenus res intervenit, cui satisfacit Dn. D. Tabor. quæst. 11. d. disp. Wesenb. 7.) Cæteræ conventiones, tanquam inutilis turba, apta magis litibus, quam rerum commutationibus (verba sunt Wesenbecij d. n. 9. vers. reliquæ conventiones add. Perezius in Comm. Cod. de Pact. n. 16.) non actionis sed exceptionis producendæ vim consecutæ d. l. 7. §. sed cum. 4. cum §. seq. 5. l. divisionis. 45. ff. de Pact. cum alijs textt. allegg. à C. I. A. 8. 89. de Pact. Hunnio d. c. 7. quæst. 2. Borcholt. de Compensat. c. 1. n. 22. Forst. de Pact. c. 8. membr. 1. Althuf. lib. 1. Diceol. c. 90. n. 2. Usque aded, ut hoc ipso Impp. proverbij loco ufos constet ex l. 10. C. de Pact. l. 1. C. de Pact. convent. Ex quibus manifesto arguitur error eorum, qui magna temeritate huic sententiæ contradicere ausi fuerunt: dum affirmarunt, Jure Civili actionem ex nudi pactis dari: Hujus sui erroris fulciendi causa adducentes d. l. 7. §. ait Prætor. 7. ff. de Pact. l. naturales. 10. de O. & A. quibus occurrunt Hunnius & Forsterus dd. Locc. Althuf. lib. 1. Diceol. c. 90. n. 4. Bronchorst. 1. Enant. 31. Pancirol. lib. 2. variar. Lect. c. 17. Eadem judicij imbecillitate laborat Hackelmannus disp. 8. de Pact. §. 55. dum statuit non I. C. sed Prætorio ex pacto nudo dari exceptionem, cum alias Edicto Prætoris d. §. 7. opus non fuisset? Simi-

D 2 li argu-

nim
de
num
cto
uri
o fe
rtim
We
For
9. &
t. de
in
imis
no
tra
n Ju
omit
tur,
item.
a sua
hu
in a.
pla
o 29.
e ob
tur l.
egem
vea
Hun
lega
17.)
tar l.
e ob
ritica
st. 10.
vij m
Com.

li argumentandi vi, ac si ex eo, quod Prætor pollicetur Judicium commodati l. 1. pr. ff. commod. contractus is ex eoque competens actio juris Prætorij concluderentur l. 17. §. 3. ff. commod. cum tralatum sit, Prætozem non tantum impugnandi & corrigendi, sed & confirmandi Juris Civilis gratia Edicta sua proposuisse fac. pr. Inst. de bon. poss. Wesenb. in c. ff. commod. n. 9. Hillig. in D. E. lib. 12. c. 9. lit. b.

XXVIII. Qua in parte non dedignati sunt sacri Canones adjuvare leges Civiles text. in c. 1. ext. de Nov. Op. nunc. servantes pacta eodem, quo Jus Civile, modo, concedendo non actionem sed exceptionem arg. c. 1. & 3. ext. de Pact. (quamvis in contrarium utantur his capp. Dd. comm:) consentiunt Bocerius ad l. 23. c. 1. n. 8. de R. I. Ant. Fab. 23. Error. Pragm. 7. Fachin. 2. Controv. c. 100. Busius in Comm. ff. ad l. 1. n. 6. de Pact. cum alijs allegg. à Forst. de pact. c. 8. Hunn. eod. c. 7. quest. 3. Quapropter insigni ducitur errore communis Dd. Schola, affirmans subtilitatem Juris Civilis hac in parte emendatam æquitate Canonica, qua tam actio quam exceptio ex nudo pacto competat Wesenb. in c. ff. de Pact. n. 9. vers. quanquam autem: & in Com. Cod. de Const. pecun. n. 25. & 32. Mornacius ad l. 7. §. sed cum nulla. 4. ff. de Pact. Mart. Magerus à Schönberg de Advocat. arm. c. 9. n. 101. Paul. de Monte Pico ad l. 10. n. 5. C. de pact. Alth. lib. 1. Dicaol. c. 90. n. 11. Hackelm. Disp. 8. de pact. §. 59. Romulejus de Pact. n. 150. & n. 156. novissimè Bachov. in Comm. ff. rubr. de Effect. pact. ex Iur. Canon. & ad Treutl. d. disp. 6. §. 9. lit. b. refutati à Fachinæo Forstero Hunnio dd. Locc. Usque adeò verò crevit (ut fieri adsolet) communis hic error, ut tandem consuetudine receptum, qua pactum quodvis nudum (modò cum causæ expressione factum sit, hac enim ommissa, errore potius initum censetur Gail. 2. Obs. 13. n. 10.) actionis pariendæ effectum donatum; de qua testantur Forsterus d. c. 8. Wesenb. in c. ff. d. n. 9. ibiq; Bachovius Hunnius d. c. 7. quest. 2. in fin. Althus. lib. 1. Dicaol. c. 90. n. 11. Paul. Busius d. l. 1. n. 12. de Pact. Rittershus. 3. diff. 1. in fin.

XXIX. Atque hæc de Jure ex communi errore recepto: Quod si jus Justinianæum inspiciatur, dubitare vix licet, ex pactis nudis denegari actionem l. si tibi. 27. ibi jure nostro. C. de Locat. Imò actionem ex nudo pacto concedere, æquè absurdum videtur glossæ in d. l. 7. §. sed cum nulla. 4. ff. de Pact. ac si mulier sterilis vel virgo parere

rene dicatur: Quia verò sapius contingebat, ut vel contrahentes, actione denegata, insigni damno afficerentur, dum conventiones atque pacta, quorum solo intuitu contraxerunt *l. si fundi. 79. de Contrah. Empt.* ad actionem essent infirmiora; Non raro etiam reip: interesset pacta nuda firmiori vinculo muniri; ut pacta de Injurijs atq; furtis *l. 7. §. si paciscar. 14. in fin. l. 17. §. 1. ff. de Pact. Dotis. l. ad exactionem. 6. C. de dot. promiss. Donationis l. si quis. 35. §. ult. C. de donat.* atque similia: Huic incommodo, ut obviam venirent Juri, varia pactorum vestimenta excogitarunt, quibus quasi induta, non tantum ad exceptionem sed & actionem efficacia redderentur *gloss. in l. pacta. 6. C. de Pact.*; sed multi multa. Glossa sane pro sua auctoritate sex recenset *d. l. 7. §. 5. de Pact.* Quibus Azon in *summ. Cod. de Pact. n. 15.* insuper tria addit: Verum ea pleraque non tam pactorum, quam contractuum induunt naturam: Verius itaque distinguo inter vestimenta Pactorum infirmiora, roborata vel calore Judicij, hinc Pacta Judicialia *Romul. de Pact. n. 169. Mantica de tac. & ambig. convent. lib. 24. tit. 7.* vel veneratione religionis, hinc pacta jurata *conf. Vvesenb. in π. ff. d. t. n. 9. vers. ex hoc pacto Romul. d. Comm. n. 171. Mantica d. lib. 24. tit. 5.* Atque firmiora, munita vel assistentia legis, hinc pacta legitima, vel coherencia contractus, hinc pacta adiecta, de quorum effectu acturus, cetera suis relinquo Interpretibus.

XXX. Exerit se effectus horum pactorum potissimum in informando, reformando, transformando, innovando atque alterando contractu: *Gabr. Mudeus de contrah. Empt. part. 5. c. 1. n. ult. Bachov. in Comm. ff. sub rubr. de Effect. Pact. cum multis seqq. cui addatur Treutlerus 1. Disp. 6. §. 10. ibique Bachovius C. I. A. §. 93. cum seqq. de Pact. Vvesenb. in π. ff. d. t. n. 9. Corraf. l. 3. Miscell. c. 10.* pro diversitate contractuum, temporis, modique, quibus interponuntur; quæ ut rectius percipiantur cum Dd. supr. allegg. ex quibus hæc collegisse fateri non pudet, distinguo.

XXXI. An pacta adijciantur incontinenti (a) an ex intervallo (b) Incontinenti contractibus (c) vel bonæ fidei (d) vel stricti juris (e) Illos vel (f) augendo (g) vel minuendo (h)

(a) l. iurigentium. 7. §. quinimo. 5. ff. & l. in bona fidei. 13. C. eod.
l. si apud. 2. C. de Adil. Ed. live (quibus Synonymis utuntur Icti conf.
Bircholt. de reb. cred. c. 7. n. 73. Vult. ad pr. Instit. de Contrah. Empt.
n. 56. Bocerum ad l. 23. c. 5. n. 4. de R. I. Pacium in d. l. 13. C. de Pact.
Merill. 3. Obs. c. 21.) ab initio l. Lucius Titius. 24. in fin. ff. depos. l. con-
tractus. 23. de R. I. l. initio. 5. C. de Pact. int. Empt. cum inchoatur
contractus l. nec ex Pratorio 27. de R. I. post statim l. petens. 27. C. de
Pact. Atque sic distinguunt cum gl. nova Emptio. in l. pacta conventa.
72. de Contrah. Empt. Dd: comm. C. I. A. 9. 93. de Pact. Treutl. 1. Diss.
6. 9. 10. ibique Bachov. Busius in Comm. ff. ad d. l. 7. §. 5. n. 2. cum seqq.
Borch. de Pact. c. 6. n. 47. Althus. lib. 1. Diceol. c. 66. n. 5. & c. 90. n.
6. Hackelm. disp. de Pact. 8. 9. 26. & 30. Bocerus ad l. 23. n. 4. de R. I.
Hottom. ad l. 13. C. de Pact. Revard. lib. 2. Varior. c. 1. novissime Merilli-
us 3. Obs. c. 21. Dicuntur autem pacta incontinenti adijci, qua
cum ipso contractu vinculo temporis conjuncta, seu continuo
tempore facta sunt Hortens. in d. l. 72. de Contrah. Empt. Vult. d. n.
56. & l. iur. Rom. c. 44. Revard. lib. 2. varior. c. 1. Hackelm. d. 9. 26.
& Althus. d. c. 66. n. 6. Pacius in Comm. ad l. 7. §. 5. Cujus temporis
continui non consentiens est Dd: commensuratio: Nec enim
Ultramontanorum tantum cum glossa vid. Bartol. ad l. 13. C. de Pact.
Paul. de Monte Pico ibid. n. 7. Bachov. in Comm. ff. sub rubr. de Pact.
Ad. n. 2. Sed & Recentiorum plerorumque extat dissidium: Sunt,
qui affirmant, ante perfectionem contractus interpositionem pa-
cti necessariam idque per d. l. iurigentium 7. §. 5. ibi quae in ingressu
contractus facta sunt, l. initio. 5. C. de Pact. int. Empt. l. pacisci 31. ibi
in negotio gerendo aliasque rationes non contemnendas, quas repe-
rire licet apud Donellum in d. l. 13. C. de Pact. n. 5. Bachov. d. rubr. de
Pact. Adject. n. 2. (quamvis ibid. non parum hasitans, à predicta sen-
tentia recedat, sufficere ratus, si etiam perfecto contractui, mox tamen
atque citra ullum intervallum pacta accedant) Mornacius ad d. l. 13. Be-
sold. in delib. iur. lib. 2. tit. 4. c. 17. Althus. lib. 1. Diceol. c. 90. n. 6.
Wesemb. in π. ff. d. t. n. 9. Rectius meo iudicio illi sentiunt, qui id
pactum incontinenti factum contendunt, inter quod & contra-
ctum nullum vel saltem modicum, absque extraneo negotio, tem-
poris intervallum intercessit; sive pactum fiat, & subijciatur
contractus; sive fiat contractus, & subijciatur pactum; sive con-
tractui inseratur pactum gl. ex continenti in d. l. 7. §. 5. de Pact. & in
l. quod

l. quod est. 3. §. cum igitur. 9. verb. ex continenti de vi & vi arm. Tir-
quell. de Retract. convent. tit. 2. §. 1. gloss. 2. n. 1. Azo in summ. Cod. de
de Pact. n. 16. Iason in l. lecta. 40. n. 20. & seq. ff. si cert. pet. Pacius in
Comm. ff. ad d. l. 7. §. 5. vers. sed hoc & l. in bona fidei 13. C. de Pact.
Forster. de Pact. c. 4. membr. 7. Knipschildt Exercit. 1. de Contract.
quest. 29. Ant. Fab. in ration. ad d. l. 7. §. 5. lit. 1. de Pact. Hottom. in
d. l. 13. C. eod. Hunnius de Pact. c. 7. quest. 4. Quorum sententia
 quò magis suffraget, momenta rationum atque textuum ab iisdem
 prolatorum in causa sunt; Facit imprimis *l. si apud 3. C. de Edil.*
Ed. Ubi pactum venditoris etiam post contractum Emptionis
 venditionis perfectum (hoc enim innuunt verba *d. l. incontinenti*
secuti pacti) appositum, ad actionem utile deciditur: Eiusdem
 ponderis est *d. l. 7. §. 5. vers. sed hoc sic accipiendum. ff. de Pact.* ubi
 pactum incontinenti subsecutum (quod contractum non nisi per-
 fectum subsequi potest) etiam ex parte actoris inest: Ut vel fru-
 stra quidam regerant, pactum *in d. text. non perfectum contra-*
 ctum, sed ejusdem initium atque progressum sequi: Præterquam
 enim, quod minus propriè initium diceretur contractus, imò re-
 ctius tractatus atq; conventio de contractu ineundo *Hunn; d. c. 7.*
quest. 4. Obstaret hujus interpretationi expressè l. lecta. 40 de reb.
cred: ubi pactum, contractum stipulationis jam perfectum, subse-
 cutum, nihilominus dicitur incontinenti factum, *Pacius in Comm.*
ad d. l. 13. C. de Pact. Quamvis non invitus fatear, ea pacta, quæ con-
 tractui nondum perfecto interuntur, magis propriè incontinenti
 adiecta, quam ea, quæ contractui jam absoluto adijciuntur, ap-
 pellari; qua distinctione *Bachovij supr. alleg. loc.* accipere nil
 obstat (b) *confer. Infr. §. 35. lit. a.* (c) *Sive Judiciis d. l. 7. §. 5. & 6.*
ff. de pact. quibus confusim, atque hoc posteriore impropriè utitur
Jctus in d. §. 5. Propriè enim hoc non tam de Judiciis, quam con-
 tractibus prædicandum, rectè monenti *Bachovio d. Comm. ff. rubr.*
de Pact. renovat. n. 2 astipulor: Frustra proinde in rationem diversi-
 tatis inquirat *Ant. Faber in ration. ad l. 7. §. 5. lit. b. & rat. decid. ad*
l. 72. de Contrah. Empt. existimans *Jctum* idèd *in d. §. 5.* vocabulo
Judicii, non etiam contractus usum, quod pacta insint etiam stricti
 juris contractibus sed non judiciis; Nec enim forment actionem
 stricti juris ad hoc, ut detur actio ex contractu, quemadmodum in
 bonæ fidei judiciis: Itaque pactum aliquod in esse *Judicio & for-*
 mare

mare actionem esse *in od vna p̄vta*; pactum autem inesse contractui,
& pacto actionem formari ex contractu, planè diversa? Frustra-
nea simul atque falsa subtilitate: nec enim hoc solum negandum,
pactum inesse stricti juris contractibus ad hoc, ut actionem ex ipso
contractu competentem producant. *per infr. nott. d. 33. lit. c. sed &*
istud, pacta in dd. contractibus ad novam, i. e. præscriptis verbis
actionem (nisi in certis casibus) esse proficua per nott. Infr. quest.
pen. Multò minus concedendum, Jctum de hac differentia cogi-
tasse, quem verbis seqq. d. l. 7. §. 5. ibi ea enim pacta insunt etc: in iisdem
terminis mentionem contractus fecisse manifestum est conf. rursus
Bachov. d. n. 2. (d) sic distinguunt Dd. comm. Althuf. lib. 1. Dicaol.
6. 66. n. 8. Trentl. 1. Disp. 6. d. 10. lit. c. cum alijs: dissentiunt omnes illi,
qui actiones in bonæ fidei & stricti juris dividendas affirmant;
negant verò contractus eodem modo distingui: Quorum errorem
satis arguunt textt: tam Juris Civilis l. in bonæ fidei. 13. C. de Pact. l.
nova. 32. §. in bonæ fidei. 2. ff. de Vsur. l. 11. §. qui autem. 18. vers. neq;
enim. de A. E. quam Canonici c. cum venerabilis. 6. vers. ad hoc Episco-
pus, ibi cum permutatio inter contractus bonæ fidei computetur extr. de
Except. conf. Bachov. u. Comm. ff. sub rubr. de contractu. n. 5. Gædd. de
Contrah. stipul. d. c. 8. conclus. 1. n. 18. cum seqq. Definitio autem con-
tractum bonæ fidei verbis Boceri ad l. 23. de R. l. c. 2. n. 3. (nam a-
lieno Viri Doctissimi ore loqui, quid vetat?) quod sit is, in cujus
actione sive Judicio sit condemnatio ex æquo & bono etiam ultra
id, de quo in ipsa conventionem nominatim fuit actum, add. Gædd.
d. Conclus. 1. n. 10. Ant. Fab. 8. Error. Fragm. 1. & 9. Error. 3. (e) Cujus
definitionem ex superiore colligere facile est; nim. in cujus
actione sive judicio planè restricta est potestas condemnandi ad id,
quod inter contrahentes expressè dictum, scriptum, actum vè, vel
in formula actionis comprehensum est arg. l. quicquid. 99. de V. O.
Gædd. de Contrah. stipul. d. c. 8. conclus. 1. n. 6. Vulteius r. Iur. Rom. c.
44. n. 12. (f) l. contractus. 23. vers. sed hoc ita, ibi vel plus vel minus in
singulis contractibus. de Reg. Iur. Quam distinctionem licet in pactis
his repudiare videatur Vulteius ad pr. Inst. de Contrah. Empt. n. 58.
& 1. I. R. c. 44. n. 35. ubi inquit, omnia pacta incontinenti adiecta esse
adijcientia, quem sequitur Hortensius in d. Comm. ad l. 72. de Con-
trah. Empt. Comuni tamen Dd. suffragio approbatam consul. Hor-
tomann. quest. Illust. 36. Bocerus ad l. contractus. 23. de Reg. Iur. c. 5.

n.1. sequor. (g) i. e. adijciendo vel addendo aliquid substantiali vel naturali contractus formæ; hinc pacta adijcientia *Althus. lib. 1. Dicaol. c. 66. n. 3.* (h) sive excipiendo atq; delibando *Hortens. ad d. l. 72. vers. pacta conventa*, hinc pacta detrahentia, de quibus singularis consularur *θ. seq.*

XXXII. Utroque modo (a) afficiunt vel substantiam (b) vel adminicula (c) illa (d) non insunt, nec informant (e) sed contractum transformant; (f) regulariter (g) inducendo statim ab initio alium contractum (h) Irregulariter, alterando eundem; (i) Hæc, quæ adficiunt adminicula, insunt vel ex parte actoris (k) vel rei (l)

(a) Sive detrahant sive adijciant; vel, quod idem est, negent aut affirmant, *arg. d. l. pacta conventa. 72. de Contrah. Empt.* Modo utrumque intelligatur ex vi potius & sententia, quam conceptione verborum: Exemplo pacti illius, ne tempore dilationis statuto dos reddatur *l. 7. §. quinimò §. vers. ut puta post divortium &c. ff. de Pact.* hoc enim utut negativè conceptum, affirmativum rectius, quam negativum appellabitur, quoniam adijcit non detrahit, dotis causam reddens graviolem, actoris meliorem, qui citius petens plus petere intelligitur *§. plus autem. 34. Inst. de Action. Ant. Fab. in ratiõ. & Agid. Hortens. in Comm. ad d. l. pacta. 72. p. m. 15. dissentiente Cujacio 14. Obs. 28.* (b) Quid sit substantia contractus apparebit ex quæstione Infr. subijcienda tertia. (c) quæ glossa nova in *d. l. 72.* vocat extranea; Hortensius *ibid. vers. adminicula* accessiones; Hackelmannus *d. disp. 8. de Pact. θ. 30.* proprietates; hæc ferè eadem sunt cum naturalibus contractuum (nisi ut genus & species inter se discernantur *conf. supr. all. Disp. Elem. Iur. in d. c. iv. θ. 39.*) atque definiuntur, quod sint ea, quæ naturam tantum contractus attingunt, sine quibus contractus subsistere potest *Ant. Cont. lib. 1. Disp. Iur. Civ. c. ult. vers. quæ verò adijciunt Hottom. quæst. Illustr. 37. pr. Hortens. d. loc.* (d) Aliter Hackelmannus *d. disp. 8.*

0. 32. & 33. cumque eodem Treütlerus *d. disp. 6. 0. 10. lit. d.* qui distinguunt inter pacta justa & injusta: Illa non inesse nec informare, sed transformare; hæc subsistente contractu pro non adjectis haberi, nisi sustineantur exceptione doli *arg. l. 44. §. 1. de O. & A.* (quæ lex omninò apud Treütlerum *d. lit. d.* reponenda pro *l. 24. eod.*) Verum cum hac divisione accuratè juxta & strenuè pugnat Bachovius *ad Treüt. d. lit. d. & e.* in cujus judicio libenter subfisto, donec mens Treütleriana evidentius mihi explicetur. (e) quia contractui planè adversa, parum, imò nihil ad ejusdem conservationem, nedum augmentum operantur *conf. Bachov. d. Comm. sub rubr. de Pact. adject. n. 6. in fin. & ad Treüt. d. 0. 10. lit. c. sub fin.* Nec verò interest, adjiciant, an detrahant *arg. d. l. pacta conventa. 72. vers. an idem dici possit, de Contrah. Empt. d. Bachov. in Exercit. ad Ant. Fabr. Error. Pragm. Decad. 95. Error. 7.* Hoc sensu accipiendum vulgatum illud *Dd: Effatum*, quo affirmant, pacta contra substantiam contractus adjecta non valere, i. e. non inesse nec informare *conf. allegata à Card. Tuschi Conclus. Pract. 17. lit. P. atque Dd. passim.* (f) §. *in summ. 13. Inst. mandat. l. 1. §. si vestimenta. 8. ff. de positi. l. cum manu. 80. §. ult. de Contrah. Empt. Bachov. in Comm. ff. d. n. 6. sub fin. Corras. lib. 3. Miscell. c. 10. n. ult:* Tum, cum verba pacti adjecti habilia sunt transformandi contractum *Card. Tuschi d. c. 17. Conclus. pract. n. 7.* Hæc pacta transformantia dicuntur; quæ appellandi ratio licet accuratius loquentibus non multum arrideat *per rationem Bachovij d. Comm. de Pact. adject. n. 7. & rubr. de Pact. transform. docendi tamen causa, quin sustineri possit, libentius largirer* (g) Sic Bachovius *ad Treüt. d. 0. 10. lit. f. & in Com. ff. de Pact. Adject. n. ult.* (h) *Hackelm. d. Disp. 8. 0. 32. Mantica de Tacit. & ambig. conv. lib. 2. tit. 2. n. 19. Exemplum in l. tenetur. 6. §. si vendidi. 1. de A. E. l. Insulam 6. ff. de Prescript. verb. ubi pactum à contrahentibus initum, ut tradita ab una parte contrahentium insula, alter insulam aliam reficeret, nullo addito pretio; inducit statim ab initio alium, quam contrahentes voluerunt, contractum; i. e. non emptionem venditionem, quia ejus substantiale nim. pretium deficit l. 2. §. 1. de Contrah. Empt. Sed contractum innominatum do ut facias *add. l. cum manu. 80. §. ult. de Contrah. Empt. §. ult. Inst. Mand.* Hi noviter introducti contractus non ex appellatione contrahentium (quippè qui non raro in instrumentis contractum nomi-*

nominant, qui initus non est arg. d. l. 6. *ibi si vendidi, & ibi nullam esse venditionem de Prescr. verb. Mantica d. lib. 2. tit. 2. n. 7.*) sed ex negotio, tractatu atque jure ipso æstimabuntur *l. nec enim 6. ff. de solut. Mantica d. tit. 2. n. 5. 6. & 19.* Subtilius aliquanto Bachovius ad *Treutl. d. 9. 10. lit. f.* separat transformationem, quæ fit per inductionem alius contractus, ab ea, quæ transmutat in alium contractum vicinum: In cujus distinctione mihi diu multumque hærenti, differentiarum rationem hætenus reperire non licuit. (i) i. e. faciendo ex contractu regulari irregularem, ut in casu *l. in navem 31. ff. Locati collata l. non solet. 39. eod. item l. Lucius Titius 24. ibi egreditur ea res notissimos depositi terminos. l. Publica 26. §. Lucius 1. ibi cum contractum depositi pecunia modum excedere ff. depos. Mornacius ad d. l. 24. Treutl. 1. Disp. 26. 9. 6. lit. c. ubi Bachov. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 10. tit. 2. n. 9. Wesenb. in *æ. ff. depos. n. 5. Corraslib. 3. Miscell. c. 10. n. 4.* nim: cum non adest contractus, in quem transmutatio fieri potest, nec tamen æquitatis ratio admittit, ut pactum annihiletur Bachov. ad *Treutl. d. lit. f. in fin.* Quod si verò constet de intentione contrahentium, qui contractum planè tollere, nec in alium sive numero sive specie differentem transfundere appetunt, hoc casu ipso jure resolvetur contractus; nec ulla transmutatio, quippè quæ à contrahentibus non attenditur, locum inveniet; *Mant. d. tract. lib. 4. tit. 31. n. 17.* Dissentit hic cum aliis Hottomannus *quæst. illust. 37. p. m. 328. pr.* qui pactum *d. l. 24. & 26. §. 1.* in mutuum degenerare arbitratur? Cui præter elegantes rationes atq; fundamenta, quibus innituntur Bachovius in *Comm. ff. de Pact. Adiect. sub fin. Knipschildt Exercit. 4. de Contract. quæst. 2. Hortensius in d. Comm. ad l. 24. de Prescr. verb. p. m. 141.* obijcio verba *d. l. 26. §. 1. in fin. ibi, usura actione depositi peti possunt, junctis verbis finalibus d. l. 24. ibi si ramen ab initio, ubi conceditur ob hæc pacta actio depositi, quæ non nisi obligationem atque contractum depositi præmittit arg. l. licet. 42. §. ea obligatio. 2. ff. de Procurat. pr. Inst. de V. O. gl. in pr. Inst. de Act.* (k) tùm cum adijciunt aliquid contractibus; eoque definiuntur, quod sint ea, quæ naturalem contractus præstationem augent, atque debitoris obligationem reddunt graviolem arg. *d. l. pacta conventa. 72. de Contrah. Empt. C. l. A. 9. 27. n. 3. de reb. cred. Alhusf. lib. 1. Dicaol. c. 66. n. 3. Bachov. d. Disp. Treutl. 9. 10. lit. f. conf. supr. 9. 12.* Hæc pacta insunt tantum
 E 2 ex parte*

ex parte actoris d. l. 7. §. quinimò 5. vers. sed hoc sic accipiendum. ff. de
pact. l. in bona fidei. 13. C. de Pact. l. initio. §. l. tempore. 8. C. de Pact. l.
int. Empt. Bachov. in Comm. ff. d. rubr. de Pact. Adiect. n. 2. non etiam
rei, quippè in cuius gratiam non adiiciuntur, Bocerus ad d. l. contra-
ctus. 23. de Reg. Iur. c. 5. n. 4. renitente Hunnio de Pact. c. 7. quest. 4. in
explicat. l. 40. de reb. cred. contractum ex eoque procedentem actio-
nem informant Perezius in Comment. C. de Pact. n. 20. novam eidem
tribuendo formam atque qualitatem arg. l. initio. §. C. de Pact. int.
Empt. gl. in l. Pacta. 6. C. de Pact. Azo in summ. Cod. rubr. de Pact. n. 18.
Besold. in de lib. Iur. lib. 2. tit. 14. c. 17. vi cuius vetus & ex contractu
descendens actio extentitur & producitur ad ea, quæ pacto com-
prehensa sunt l. in dotem. 10. C. de Iur. dot. gl. Bart. Bald. Castrens. ad
l. 7. §. 5. ff. de pact. Paulus de Monte Pico ad l. petens. 27. C. de Pact. n.
16. Ravard. lib. 2. varior. c. 1. Andr. ab Exea de Pact. n. 528. dissenti-
ente Corrasio lib. 3. Miscell. c. 10. n. 9. Qua de re appositè satis disse-
runt Ant. Faber in rational. ad d. l. 7. §. 5. lit. a. de Pact. atque Hor-
tensius ad d. l. 72. dum inquirunt, actiones formam suam accipere
ab obligationibus, obligationes à contractibus, contractus autem
ab ipsis pactis incontinenti adiectis: Eoque sensu accipiendum id,
quod Jcti sæpius inculcant, obligationum causas pactis immutari
l. nec ex Pratorio. 27. de R. I. Pacta dare legem contractui l. contra-
ctus. 23. de R. I. d. l. Iurisperitum. 7. §. quinimò. 5. de Pact. vers. ea pa-
cta insunt &c. Contractus legem ex conventionione accipere l. 1. §. si
convenit. 6. de pos. id est, explicante Vulteio i. Iur. Rom. c. 44. n. 22.
Contractus accipere, mediante pacto, certam naturam, ex qua in-
telligatur, quid alterum alteri præstare oporteat conf. Borch. de Pact.
c. ult. n. 40. Hottom. quest. Illustr. 36. Althus. lib. 1. Dicæol. c. 90. n. 7.
Exemplo sint usuræ, quæ in pactum deductæ adiectæque in conti-
nenti bonæ fidei contractibus, actione ex contractu peti possunt
d. l. initio §. C. de Pact. int. Empt. & vend. l. per retentionem. 4. C. de
Usur. Borcholt. de Usuris. c. 3. n. 2. Treutl. 2. Disp. 3. §. 3. lit. a. & 1. Disp.
26. §. 6. lit. c. C. I. A. §. 7. n. 6. de Usur. quæ aliàs non nisi interveni-
ente mora l. 32. §. 2. ff. de Usur. vel stipulatione l. 24. de Prascr. verb.
deberentur Hackelm. disp. de Usur. §. 6. (1) nim. cum detrahunt
aliquid contractibus add. supr. §. 12. Hæc pacta insunt tantum ex
parte rei, in cuius gratiam adiecta, non actoris arg. d. l. 7. §. 5. ff. de
pact. l. 72. de Contrah. Empt. Bocerus ad l. 23. c. ult. n. 8. de R. I. Nec
enim

enim v. c. venditor, qui pactus est, ne duplæ cautio ab eo exigatur, aliter agere potest, quam ut intendat, eam cautionem se non debere, quale genus actionis nec in realibus §. *equè 2. Inst. de Action.* nec personalibus actionibus proditum est arg. §. *appellamus 15. Inst. eod.* Hortens. d. *Comm. ad l. 72.* Dissentiunt alij, ut qui impropietatis inculant hanc locutionem, qua dicitur, pacta etiam ex parte rei inesse; Hottomannus sanè d. *quæst. 36. p. m. 311.* hanc vulgi errorem appellat, rectiusque dici arbitratur, pacta ex parte rei locum habere: sequitur Forsterus de *pact. c. 8. quæst. an pacta str. iur. Contract. & c.* Contius. *lib. 1. Disp. c. ult. p. m. 102.* quoniam pacta hæc considerentur extra contractum, nec eidem quasi conjuncta, quapropter nec inesse possint d. l. 7. §. *quinimò 5. ibi ea enim pacta in sunt. de pact. d. l. 72. de Contrab. Empt. ubi contineri contractu & eidem inesse sibi invicem opponuntur?* Verum his non obstantibus, cum legibus *conf. l. item quia. 4. §. ult. ff. de pact. l. Lecta 40. de reb. cred.* atque Dd. passim vid. Bachov. in *Com. ff. rubr. de Pact. Adiect. n. 3. & rubr. de Pact. resolut.* loqui hactenus non pœnituit.

XXXIII. Pacta incontinenti (a) stricti juris contractibus adiecta, nunquam actori (b) sed soli reo proficiunt, (c) ita ut ex parte ejusdem ipso jure infint, (d) tum quoque, cum substantialia adficiunt. (e)

(a) Secus si ex intervallo adijciantur *conf. §. seq.* (b) Ut enim actori proficiant, necesse est ut pars fiant illius contractus, cui adijciuntur arg. *l. si fundi. 79. de Contrab. Empt. l. quod si 31. §. ult. de Ed. Ed. fac. supr. §. 22.* quod in stricti juris contractibus contingere vix potest, quemadmodum multis hoc probat Donellus in *Comm. ad l. 13. n. 9. & seqq. C. de Pact. add. Wesenb. in w. ff. de Pact. n. 9. p. m. 194 in fin.* (c) argumento d. l. *jurisgentium 7. §. quinimò 5. ff. & l. in bonæ fidei 13. C. de Pact. l. si tibi. 17. pr. ff. eod. l. rogasti 11. §. 1. de reb. cred. facit, quod pactum de Usuris stricti juris contractibus etiam incontinenti adjectum, actori non pariat petitionem *l. quamvis 3. C. de Usur. l. idemque 10. §. si quis 4. ff. mandat. l. Titius 24. ff. de prescrip. verb. Treutl. 2. Disp. 3. §. 3. lit. b. Matth. Wesenb. in Comm.**

Cod. de Usur. n. 15. sed soli reo profit, tuto utpote exceptione vel conventionis, si ut indebita soluta repetantur *l. in his 5. §. Imp. 2. ff. de solut. C. 1. A. 6. 26. de Usur.* Quod secus est in bona fidei judicijs *l. initio. 5. C. de Pact. int Empt. l. cum quidam. 17. §. ex locato. 4. ff. de Usur. Treutl. d. 6. 3. lit. a. C. 1. A. 6. 7. n. 6. de Usur.* Quæ sententia multorum Virorum Clarissimorum Auctoritate, quæ apud imperitos rationis instar ac legis habetur, corroborata *conf. post vet. allegg. à Gædd. de Contrab. stipul. c. 8. conclus. 2. n. 42. Cujac. lib. 10. Obs. c. 24. & ad l. 7. §. 5. ff. de Pact. Bocerius Class. 2. Disp. 2. 6. 42. & ad l. 23. c. 5. n. 3. & 6. de R. I. Gabr. Mudæus de Contrab. Empt. part. 5. cap. de pact. Inform. n. 10. Borcholt. de Pact. c. 6. n. 46. & seqq. & de reb. cred. c. 7. n. 76. & 77. Treutl. 1. Disp. 6. 6. 10. lit. b. & Disp. 20. 6. 2. lit. a. Donellus ad l. 13. n. 12. C. de Pact. Wesenb. in π. ff. de Pact. n. 9. Perezzius in Comm. C. de Pact. n. 20. Althus. lib. 1. Dicaol. c. 66. n. 8. & c. 90. n. 6. Hortens. in Comm. ad l. 24. de præscr. verb. Paul. Busius in Comm. ad l. 7. §. 5. n. 6. de Pact. aliique innumeri, invenit nihilominus suos contradictores, cum quoad contractus stricti juris omnes post gloss. in d. l. 7. §. 5. ff. & l. 13. C. de Pact. Hottom. quest. 111. 36. p. m. 319. & in Comm. Cod. ad l. 27. C. de Pact. Arumens disp. Pandd. 3. 6. 9. Vultejus 1. l. R. c. 44. n. 37. Fachin. 2. Contr. c. 99. Mantica de Tacit. & ambig. convent. lib. 24. tit. 3. n. 2. Hanonius ad l. 27. de R. I. Forsterus de Pact. c. 8. p. m. 244. Hunnius eod. c. 3. quest. 4. Gædd. de Contrab. stipul. c. 8. conclus. 2. Besold. in delib. Jur. lib. 2. tit. 14. c. 17. tum in specie quoad stipulationem Andr. ab Exea de pact. n. 553. Ant. Fab. in rational. ad d. l. 7. §. 5. lit. b. de Pact. & 1. Error. Pragm. 1. n. 11. & 23. Error. 7. n. 3. idem lib. 5. Conjectur. c. 10. p. 219. Duarenus in Comm. ad d. l. 7. §. 5. de Pact. novissimè Bachovius in Comm. ff. rubr. de Pact. Adject. n. 4. & ad Treutl. disp. 6. 6. 10. lit. a. & b. Quam dissentientium opinionem, licet juri nostro Justiniano minus conformem arg. d. l. 11. §. 1. de reb. cred. l. Titius. 24. de Præscr. verb. l. quicquid. 99. de V. O. l. petens 27. C. de Pact. communem tamen attestantibus Gothofredo in d. l. 13. Bachovio d. Comm. ff. n. 4. & novissimè supr. cum honore nominato Dn. D. Tabore Elem. sua Jurispr. Part. 3. Sect. 3. in E' x 6. 6. 39. in judicando sequendam docet Paulus de Monte Pico in Comm. ad l. 13. n. 4. C. de Pact. cui lubens calculum adijcio, ob æquitatem atque bonam fidem, quæ hodiè ferè in omnibus judicijs attenditur, in quibus omnes contractus, quoad intrinse-*

ca, id

ca, i. e. ea, quæ insunt ex pactis, verbis, eo quod actum est, aut natura contractus, bonæ fidei censentur, *Wesemb. in Comm. Cod. de reb. cred. n. 38.* (d) *l. item 4 §. ex facto 3. ff. de Pact. l. lecta. 40. de reb. cred. Hackelm. Disp. de Pact. 8. 9. 29.* Quapropter frustra-nea est eorum opera, qui allegatas leges connituntur extendere ad actores, hoc sensu, quod pacta non tantum bonæ fidei, sed & stricti Juris Judicijs adjecta insunt tam ex parte rei, quam actoris: Cujus positionis defensores indefessi sunt *Gæddens de Contract. stipul. c. 8. n. 50. & 58.* (qui id ipsum pro confesso habet) *Hottom. quest. Illustr. 36. p. 320. Cont. lib. 1. Disp. c. ult. sub fin. Merrill. 3. Obs. c. 24. Hunnius de Pact. d. c. 7. quest. 4. cum alijs supr. lit. preced. all.* Verum enim verò his si non verba (hæc enim aliquantò generaliora) sententia saltem atque ratio *dd. textt.* satis evidenter ob-stant: Nec enim casus atque decisio *all. l. 4. §. fin.* patiuntur, pactum id de sorte, quamdiu usuræ solvuntur, non petenda, prodesse actori, cum hoc ipsum non nisi reum, de sorte stipulata con-ventum, ipso jure tutum reddere possit; nec casus fingi, quo actoris causa reddatur melior *Cujac. d. lib. 10. Obs. c. 24. & ad l. 7. §. 5. de Pact.* Multo minus pactum *in d. l. 40. de reb. cred.* proficit actori, sed soli reo, in cuius gratiam unice adjectum, ut longius tempus haberet, ad solvendam integram sortem, quemadmodum ex re-solutione *d. l.* facile apparebit introspectanti *Cujac. d. loc. Borch. de reb. cred. c. 7. n. 59. cum aliquot seqq. & de Pact. c. ult. n. 49. Bocer. ad d. l. 23. c. 5. n. 6. de R. I. C. I. A. 9. 8. n. 7. de Usur. Paul. Busius in Comm. ff. ad l. 7. §. 5. n. 7. de Pact.* Quibus non obstant verba *d. l. 40. ibi et si. ut ille putabat, ad exceptionem tantum prodesset pactum,* quamvis sententia diversa obtinuerit; his enim lectus nequaquam suppeditat actionem (nec enim loquitur de sorte citius solvenda, sed solutione proroganda, quod non actoris, sed rei commodum spectat *Arum. Disp. Pand. 3. 9. 9.*) verum respexit ad liberationem, quam non tantum per exceptionem (quæ adversariorum erat sententia) sed & ipso jure contingere rectè affirmavit *add. Pacius in Com. ad d. l. 13. C. de Pact. Bocerus ad d. l. 23. c. 5. n. 6. Perezius in Com. ad tit. C. de Pact. n. 20. Busius in Comm. ff. ad d. l. 40. n. 2.* Atq; hoc ipsum est, quod in *9.* proposita statuam, pactum hoc ipso jure ex parte rei inesse, i. e. formam contractuum stricti juris usque aded' immutare, ut licet vel Prætor in formula Judici præscripta

eam

eam omiserit, vel reus pacti conventi in litis contestatione mentionem nullam fecerit, ejusdem tamen exceptionem semper & ubique paratam habeat. quodocunque ex hujusmodi contractu conveniatur *conf. post Cujac. in Paul. ad l. 3. ff. de resc. vend. Borcholt. de Usur. c. 3. n. 11. Hackelm. disp. 8. de Pact. §. 29. C. 1. A. §. 103. de Pact. Vir Consultissimus Clarissimus Dn. D. Biccus Præceptor atque Patronus meus etatem colendus disp. sua inaug. §. 18. in fin. (e) l. rogasti. 11. §. si tibi. 1. ibi non amplius te ipso jure debere ff. de reb. cred. detrahendo non adijciendo: hoc enim pactum, ut pro decem undecim reddantur nullo jure nulloque titulo subistere potest d. l. 11. §. 1. vers. sed si decem; non sanè ut pactum Usurarum, nec enim usuræ in stricti juris judicijs citra stipulationis vinculum debentur l. quamvis. 3. C. de Usur. l. 24. ff. de præscr. verb. Non ut mutuum, hoc enim ultra id, quod datum est, non contrahitur l. si tibi. 17. pr. ff. de pact. l. cum ultra. 9. C. de non num. pecun. Multò minus jure donationis, cum animus donandi, præsertim necessitate urgente *arg. l. rem legatam 18. de Adim. legat. non præsumatur l. cum de indebito. 25. vers. sin verò ab initio. ff. de probat. Treutl. 1. Disp. 20. §. 2. lit. a. cum allegg. ibid. Paul. Bassius d. Comm. ad l. 11. n. 6. Ant. Fab. in rat. decid. ad l. 17. pr. de Pact. Arum. disp. Padd. 11. §. 3. aliam rationem suggerit Bachovius ad Treutl. d. loco & in Comm. ff. sub rubr. de Pact. inur. n. 2. Qua in re parum sibi constat Wesenbecius, qui in *m. ff. si cert. per. n. 10. affirmat, licere quid per pactum mutuo adijcere, quod ipse negavit supr. de Pact. n. 9. Nisi ex mente atque sententia Dd: loqui dicatur, qui pactum etiam mutuo ad actionem inesse putarunt, excusante Bachovio in Comm ad Wesenb. d. n. 10.***

xxxiv Haftenus de pactis incontinenti adjectis, sequuntur quæ ex intervallo (a) apponuntur contractibus vel stricti juris vel bonæ fidei: (b) Illa profunt reo non nisi ope exceptionis: (c) hæc (d) adficiunt contractus & adminicula & substantiam: Adminicula (e) vel minuendo (f) vel augendo (g)

(a) d. l.

(a) d. l. *jurisgentium*. 7. §. *quinimò*. §. ff. de *Pact.* vel postea d. l. *in bona fidei*. 13. ibi nam quod postea placuit. C. eod. l. *pacta*. 72. ibi quae postea facta sunt, ff. de *Contrab. Empt.* Pacius ad d. l. 13. (quod vocabulum licet non ubique temporis intervallum denotet. arg. l. *quoties*. 9. §. *si quis*. 14. ibi Gothofr. ff. de *hered. Instit.* hic tamen quin cum aliquo temporis spatio accipiendū sit, nullus dubito add. *Cont. lib.* 1. *Diss. c. ult.*) atque separatim *Ant. Fab.* 23. *Error. Pragm.* 3. Hæc pacta definitio, quod sint ea, quæ sequuntur contractum principalem, spatio temporis actus; extraneo interposito: Nec enim cum Althusio *lib. 1. Dicaol. c. 66. n. 7.* aliisque sufficere arbitror, aliquod temporis spatium intercessisse; sed duo, ad hoc ut pactum ex intervallo adiectum dicatur, requiro; longum sic intervallum atque peregrinum negotium, quod cum contractu, cui adicitur nihil habet commune, eidemque nec cohæret. arg. l. *continuus*. 137. pr. de *V. O.* l. *duos*. 6. §. *duo rei*. 3. & l. *si ex duobus*. 12. ff. de *duob. reis*. Pacius in *Comm. ad l. 13. C. de pact.* Gædd. de *Contrab. stipul. c. 4. conclus.* 2. n. 11. & 22. Frustra autem longum illud intervallum una atque altera hora includitur: Modicum enim etiam post aliquot horas atque eodem die accipi affirmant *Bart. Jason & Dd. comm. in l. 1. §. qui presens*. 1. de *V. O.* quos sequitur Gæddæus d. c. 4. *conclus.* 2. n. 15. per d. l. *continuus*. 137. ibi *quampus eodem die spondisset*. de *V. O. l. in operis*. 26. ubi gloss. *operis* ff. *locati l. si fundus*. 16. §. *si duo* & ibi gloss. ff. de *pignor. add. Forst. de pact. c. 4. membr. 7.* Mantica de *tacit. & ambig. convent. tit. 15. n. 47.* Merrill. 2. *Obs.* 16. Huic ampliationi contradicunt tam detrahendo *Bachovius d. Comm. ff. de pact. Adiect. n. 2. sub fin.* atque *Mornacius d. l. 13. C. de pact.* illud intervallum eodem momento, quo principalis contractus fit, comprehendentes; quam extendendo *Castrensis in l. 6. de Excus. tut.* qui multis textt. contendit etiam secundo tertio atque sequentibus diebus pactum ex intervallo secutum non intelligi, quorum argumenta futurae reservo disquisitioni. (b) Necessitatem hujus distinctionis ostendunt mox subiicienda, quibus addatur *Bocerius ad l. 23. c. ult. n. 9. de R. I. cum allegg.* (c) Nec enim (1.) uspiam de Pacto hoc in jure nostro definitum, inesse id ipso jure (id est, potestate legis arg. l. *postea*. 21. ff. de *compensat.*) contractui stricti juris, quemadmodum de Pactis incontinenti adiectis id ipsum laudatur in d. l. 40. vers. *dicebam. de reb. cred. & d. l. 4. §. fin. ff. de Pact.* (2.) perpetuum

F

verò

verū est nostris Jctis affirmare pacta bonæ fidei judiciis etiam ex
intervallo adiecta inesse *conf. l. emptio. 3. de resc. vend. l. sed et si. 21.
sol. matrim. l. hujusmodi. 84. §. qui servum. 5. de legat. 1. quæ regula
tot locis repetita exclusionem stricti juris contractuum facile per-
suadet: Et est (3.) ratio diversitatis manifesta, quod in stricti ju-
ris judicijs non aded libera sit judicantis potestas, verum restricta,
ejusque officium quasi servum, cum ad angustissimam actionis
formulam astringatur *l. quicquid. 99. de V. O.* Quapropter omissa
pacti conventi exceptio id est, formulæ Judici præscriptæ non in-
serta, suppleri facile (nisi quoad pacta stricti juris contractibus in-
continenti adiecta, hæc enim adæquavit lex pactis bonæ fidei
contractibus ex intervallo adiectis *d. l. 4. §. fin. de pact. l. 40. de reb.
cred. conf. supr. 0. 33. lit. d. & all. Disp. Inaug. Dn. D. Biccij 0. 40.*) non
potuit arg. *§. in bonæ fidei. 30. vers. sed in str. Jur. Iudicij Inst. de Action.
Bachov. de Action. disp. 6. 0. 21.* Quod in bonæ fidei judiciis secus est,
in quibus libera potestas permittitur Iudici *d. §. 30. in pr. id, quod
in litis contestatione omissum ex officio supplere arg. l. tantundem.
7. ff. de neg. gest. l. planè. 38. ibi & id ipsum officio judicij continebitur.
de hered. per: Ut ut igitur d. Exceptio in formula judici præscripta
fuerit omissa C. I. A. 0. 20. n. 1. de resc. vend. & 0. 11. n. 14. de Except.
ipso tamen jure inest *d. l. 3. de resc. vend. quemadmodum exceptio-
nes doli mali d. l. 21. ff. sol. matrim. Ant. Fab. in rat. decid. ad d. l. 3. lit.
a.* Ratione non obscura, quod exceptio hæc pacti conventi conti-
neri videatur sub generali formula, quæ judici Pedaneo exhibe-
tur, ut ex bona fide, suo arbitrio, eoque quod æquius meliusque
ei videbitur, judicet: bona autem fides non permittat eum con-
demnari, qui æquitate pacti conventi tutus sit *Bachov. d. Disp. 6. 0.
21. de Action.* Quæ conventionis æquitas usque aded se extendit, ut
Prætor, apud quem hæc exceptio jam proposita atque ventilata est,
planè videatur actionem denegare *arg. d. l. 3. ibi ex Empto agi non
posse l. hujusmodi. 84. §. qui servum. 5. de legat. 1. Bachov. in Comm. ff.
de Fact. Adiect. n. 4. & ad Treutl. 1. Disp. 28. 0. 2. lit. f. & de Action. d.
disp. 6. 0. 21. Hottom. quæst. Illustr. 36. p. m. 309. & seq. ejusdem fere sen-
tentia fuisse Cujacium, evincunt verba, quibus utitur lib. 14. Obs. c. 28.
pr. ibi & inesse ea tantum dicuntur & c. dissentiente C. I. A. 0. 102. de
Pact. collata. 0. 1. n. 2. quar. rer. act. non det. Quamvis hodie ex com-
muni Dd; opinione nulla hujus differentia videatur ratio haberi***

C. I. A.

C. l. A. 9. n. 14. de Exception. (d) De quibus in specie & u-
nicè (licet forsan Jctus Papinianus in verbb. præcedd. de pactis in-
continenti adiectis tractaverit, ea tamen ut jam satis ventilata in
all. l. 7. §. 5. de Pact. noluerunt Compilatores repetere, divinanti si
credimus Contio lib. 1. Disp. Jur. Civ. c. 17. pr.) loquitur famosissi-
ma l. pacta conventa. 72. de Contrah. Empt: Quam satis difficilem re-
ctè appellat Costalius in adversar. ad d. l. cui addatur d. l. 7. §. quini-
mò. 5. vers. ex intervallo de Pact. Hackelm. Disp. 8. de Pact. 9. 30. Bachov.
ad Treutl. d. 9. 10. lit. f. Hottom. quest. Illustr. 36. Hortensius & Contius
in Comm. ad d. l. 72. imprimis accurata (vel indigno meo iudicio) textus
hujus resolutio sup. cum reverentia allegati Consultif. Dn. D. Taboris in
Elem. sua Jurispr. d. 9. 39. in exò. (e) Nec hæc divisio caret lite:
Non desunt enim, qui affirmant, pacta detrahentia fieri tantum
circa substantialia contractuum, quemadmodum adijcientia circa
adminicula: Inter quos Jctorum facilè Coryphæus Cujacius. 14.
Obs. c. 28. quem imitantur Contius. l. 1. Disp. Jur. Civil. c. 17. vers.
nunc ad propositum p. 103. Vult. ad pr. Instit. de Contrah. Empt. n. 57.
& l. R. c. 44. n. 30. His manifestò obloquitur Papinianus in d. l. 72.
ubi exempla, quibus naturam pactorum adijcientium & detra-
hentium declarare voluit, petiit ab adminiculis Emptionis ven-
ditionis: Nec tantum proponit questionem de substantialibus
ejusdem in fin. d. pr. ibi an idem dici possit, uti quidem Ant. Fabro in
rat. ad d. l. 72. videbatur, sed & eandem decidit vers. Paulus notat,
adèò ut exempla ab utrisque tam substantialibus, quam adminicu-
lis mutuetur Dn. D. Tabor. all. exò. Novam nec minus elegantem
rationem addit Hortensius in d. l. 72. pr. vers. adminicula, ubi occa-
sione vocabuli contineri contractu rectè innuit, per pacta ibid. de-
trahentia minus rectè intelligi ea, quæ substantiæ detrahunt; hæc
enim, quia per se faciunt contractum, quo innovatur atque tolli-
tur prior ut ex seqq. apparebit, perquam absurdè contractui conti-
neri dicerentur. (f) id est, detrahendo, quid naturali contra-
ctus formæ, adèò ut levius obligetur reus pacto hoc adiecto, quam
si pactum nullum intercessisset Ant. Fab. in ration. ad d. l. 72. Horum
pactorum Effectus est, ut insint ex parte rei tantum, non actoris
d. l. 7. §. 5. vers. ex intervallo, Hackelm. d. disp. 8. de Pact. 9. 30. Hotto-
mann. quest. Illustr. 36. p. 309. Pacius in Comm. ad l. 13. C. de Pact. Qui-
bus minimè refragatur, quod Jctus in d. l. 72. pacta hæc contine-
ri con-

ri contractu affirmat? Id enim accipiendū non est in effectu (actio-
nis inde formatae, sed competentis exceptionis, quæ ipso jure his
Judiciis vi horum pactorum contineri dicitur *l. 3. de reso. vend. Ba-
chov. ad Treutl. d. 9. 10. lit. f. Dn. D. Tabor. all. 1. 10. Frustraneo itaque
ausu adversus indubitata hanc Actorum *deservit* insurgit Merillius
3. *obs. c. 21. 22. §. 24.* fingens casum, quo pactum etiam ex inter-
vallo adjectum inesse possit ex parte actoris: Cui injectis aliquot
obstaculis strenuè se opposuit Vir Clariss. Dn. D. Tabor *all. 1. 10.*
(g) id est, adijciendo quid naturali contractus formæ, quo gra-
vius obligetur reus, acturus vice versa amplius intendat, quam re-
gularia ipsius contractus adminicula ferunt: hæc pacta non insunt
contractui *d. l. 72. vers. que verò adijciunt* id est, quoad actionem
sunt inutilia *d. l. in bona fidei. 13. ibi nam que postea. C. de Pact.* Nec
enim possunt videri partes contractuum, cum per se consideren-
tur absque contractu, ab eoque separata cū capite suo vires acci-
pere nequeunt *Hortens. d. l. 72. vers. que verò adijciunt. p. m. 12.*
Perezus in d. Comm. C. de Pact. n. 20. Quapropter pactum, ut cau-
tio duplæ cū fidejussore præstetur, ex intervallo contractui *Empt.*
vend. appositum, emptori actionem non præstat, imò nequidem
exceptionem, nisi vel ex accidenti; cum pretio non soluto agit
venditor, qui ipsemet cautionem fidejussoriam, quam pacto pro-
misit, nondum præstitit; hic enim merito frustrabitur spe inten-
tatae actionis, removendus utpote exceptione pacti conventi, quæ
sententia est *d. l. 72. vers. sed quo casu. Merill. 3. Obs. c. 22. Bachov. in*
Exercit. adversus Ant. Fabr. Error Pragm. Decad. 95. Error. 7. Atque
sic servat quedam emptor excipiendo, quæ agendo servare nequit,
conf. l. si in emptione. 34. §. rei sue. 4. de Contrah. Empt. gl. in d. l. 72.
verb. agente cum omnium pactorum hæc sit natura, ut saltem ad
*exceptionem profint d. l. 7. §. 5.**

xxxv. Substantiam (a) adficiunt, cum vel
(b) totam tollunt (c) vel partem ejusdem mu-
tant: (d) Tollunt, cum adijciuntur re adhuc
integra, (e) vel non integra, (f) retroactis ta-
men omnibus, quæ prius acta fuerunt (g)

(a) Dequa

(a) De qua unice agunt pacta resolutoria atque innovatoria
in d. l. 7. §. adeo 6. ibi qua ex eodem sunt contractu, ubi Bachovius in
Comm. ff. de Pact. resol. p. 666. l. si unus 27. §. pactus 2. vers. idem di-
cendum d. r. conf. Bachov. rubr. de Pact. renovat. p. 672. ubi respondet
vers. quod & in specie all. l. 27. §. 2. Mantica de tac. & ambig. convent.
lib. 1. tit. 12. n. 20. Id vero cautionis loco hic adstruendum, non a-
 gihic de pactis contra substantiam contractus adjectis, quibus
 salvis nec contractus prior subsistere, nec novi contractus nomen
 induci possit *Ant. Fab. in ration. ad d. l. 7. §. 6. lit. d.* Hæc enim non
 vitiant nec tollunt contractum, sed eodem salvo manente ipsa vi-
 tiantur, ne utile per inutile corrumpatur *Iason in l. 9 §. 1. n. 7. si*
cert. pet. Gail. 1. Obs. 4. n. 3. Mantica d. lib. 1. tit. 12. n. 22. Exemplo
 serviat pactum de dolo contractui bonæ fidei adjectum *l. 1. §. si*
convenit 6. ff. depositi. Pactum sociorum, ut ad unum lucrum, ad
 alterum damnnum pertineat *l. si non fuerint. 29. §. 2. pro socio ejusq;*
generis infinita conf. Hillig. in D. E. lib. 15. c. 1. lit. a. Hottom. quest.
illustr. 37. p. m. 329. (b) Sic cum Dd. plerisque distinguit Ha-
 ckelm. d. disp. 8. §. 31. nec alienus videtur Bachovius *in Comm. ff. de*
Pact. resol. junct. rubr. de Pact. renovat. (c) Quæ in specie
 vocant resolutoria seu resolutiva Bachovius *d. rubr. de Pact. resolut.*
 Gabr. Mudæus *de Contrah. Empt. part. 5. cap. de resolut. pact.* atque
 definiunt, quod sint ea, per quæ ipso jure resolvitur contractus,
 ex eoque resultans obligatio tota perimitur, adeo ut ex hoc pacto
 nullus alius numero, nedum specie differens contractus oriatur,
Bach. d. rubr. n. 2. Mudæus all. loc. pr. fac. d. l. 7. §. 6. l. si unus. 27. §.
2. vers. idem dicemus conf. infr. §. 36. lit. c. Hæc non nisi in contracti-
 bus consensualibus reperire licet *d. §. ult. ibi ea obligationes, quæ*
consensu constant & in fin. d. §. ult. vers. idem est, ibi & in omnibus con-
tractibus, qui ex consensu descendunt, d. l. 7. §. 6. ibi re non dum secuta d. l.
58. de Pact. l. 1. & 2. C. quand. lic. ab Empt. disc. Hackelm. d. §. 31. Paul.
de Monte Pico ad l. 13. n. 11. C. de Pact. Paul. Busius in Comm. ff. ad l. 7.
§. 5. n. 4. de Pact. Mudæus d. cap. in pr. Bachov. d. rubr. n. 2. p. 663. &
ad Treutl. quem, ut generalius loquentem rectè limitat §. 10. lit. f. ra-
 tione indubitata, qua utitur Bachovius *d. n. 2.* quod contractus hi
 solo consensu atque conventionione perficiantur *pr. Inst. de oblig. que*
ex cons. indeque quasi paciscendo fieri dicantur l. contractus 17. ibi
vendere pollicitus & ibi pactus emere C. de fid. instrum. Quæ conven-
 tio

Etio-
his
Ba-
que
lius
uter-
quot
ent.
gra-
nre-
sunt
nem
Nec
eren-
acci-
12.
cau-
mpt.
idem
o agit
pro-
nten-
quæ
ov. in
atque
quit,
l. 72.
em ad
vel
mu-
huc
s ta-
Dequa

tio cum essentia sua sit juris gentium, licet approbatione Juris Ci-
vilis, quid obstat, quo magis pactum nudum contrario dissensu
consensualem conventionem adeo infringere possit, (utpote quod
eodem jure plenum effectum assecutum est. *per nott. supr. d. 26.*) ut
prior conventio Jure Civili sustineri vix possit. *arg. l. prout. d. de
solut. l. nihil. 3. de R. I. d. §. ult. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 1. C. quand.
lic. ab Empt. disc. ibi etenim quod consensu contractum est, contraria
voluntatis adminiculo dissolvitur; cui rationi addo & hanc, quod
cum pacta hæc, ut resolvant suos contractus, re integra i. e. non-
dum secuta d. l. 7. §. 6. adjecta esse necesse sit, re autem obligatio
contrahi nequeat, nisi res interveniat, l. 17. pr. ff. de Pact. quippè
quæ initium præbet obligationi reali l. 1. §. 2. de rer. permut. neces-
sario evincitur, pacta hæc in contractibus realibus, adeo nihil o-
perari *Bach. rubr. de Pact. renovat. n. 1.* ut pro non adjectis haberi
non immerito queant *Bach. de Pact. Transform. in fin. (d) d. l.
7. §. 6. vers. si igitur in totum & l. 27. §. 2. vers. quod si non ut totum,
de Pact. d. l. pacta conventa 72. vers. an idem dicendum de Contrah.
Empt. de quibus inspiciatur d. seq. (e) l. 1. & 2. C. quand. lic.
ab Empt. disc. sive (quibus Synonymis utuntur Jcti,) re non-
dum secuta §. ult. Inst. quib. mod. toll. oblig. d. l. 7. §. 6. de Pact. Inte-
gris omnibus d. l. ab emptione 58. ff. eod. l. 12. de Contrah. Empt. add.
*Cujac. 14. Obs. 28. in fin. C. I. A. d. 95. de Pact. Madaus d. cap. n. 2. Ba-
chov. d. rubr. de Pact. resolut. n. 4. Hunnius de Pact. c. 7. quest. 4. in
fin.* Res autem integra intelligitur, quando ex contractu nihil
subsecutum d. l. 7. §. 6. l. cum emptor. 5. §. Emptio 1. de resc. vend. i. e.
contractus nondum implementum acceperit; e. g. in Emptione
venditione (idem judicium esto de cæteris contractibus consen-
sualibus §. ult. in fin. Inst. quib. mod. toll. oblig.) res tunc integra,
cum vel ex parte Emptoris pretium non solutum, vel ex parte ven-
ditoris res nondum tradita d. l. ab emptione 58. l. sed Celsus 6. §. ult.
ff. de Contrah. Empt. l. si quam rem. 2. ff. de resc. vend. d. l. 1. C. quand.
lic. ab Empt. disc. d. §. ult. conf. *Vult. ad pr. Inst. de Contrah. Empt. n.
72. Ant. Fab. in ration. ad l. 7. §. 6. lit. p. de Pact. Pacius ad §. 6. l. 7.
licet fideiussor aut stipulatio de re tradenda vel solvendo pretio
intercesserit l. emptio. 3. ff. de resc. vend. l. stichum 95. §. ult. de solut.
Ant. Fab. in ration. decid. d. l. 3. de resc. vend. lit. a. C. I. A. d. 19. de resc.
vend. vel arrhæ in argumentum atque probationem emptionis
contractæ***

contractu date fuerint *pr. instit. de Contrah. Empt. l. 35. eod. l. 2. C. quand. lic. ab Empt. Pacius ad d. l. 7. §. 6. C. I. A. d. 8. 19.* (Secus si vel in partem pretij soluta *Mudaeus d. n. 2.* vel instrumentum emptio- nis (venditionis traditum, quo casu res ipsa tradita censetur *l. 1. C. de Donat.* eoque integra esse desinit *Pacius d. loco.*) Quod si itaque ut dictum, res integra permanferit, ac uterque contrahentium in rescindendum contractum consenserit *d. l. 1. C. quand. lic. ab Empt. d. l. 58. de Pact.* hoc pacto submovebitur totus contractus *d. l. 5. pr. de resc. vend. l. 27. §. 2. vers. idem dicemus ibi si pactum conventum totam obligationem sustulerit de Pact.* usque aded, ut reus postmodum conventus habeat exceptionem, quam Dd. nominant, intentionis & facti, utpote tibi non competit actio, quoniam discessum est à contractu. (f) *d. l. 58. vers. nec quicquam interest de Pact. d. l. 1. vers. at enim C. quand. lic. ab Empt. disced.* sive ab una tantum, sive ab utraque parte desierit esse integra: Uterque enim casus continetur in *d. l. 58. Prior in vers. Aristoni hoc amplius videbatur: Posterior in d. vers. nec interest;* quemadmodum adversus Ant. Fabrum serio propugnat sententiam hanc *Bachovius d. rubr. de Pact. resolut. p. 666. & seqq.* (g) *per text. allegatos,* hoc enim casu, nuda voluntas contractum resolvere nequit *d. l. 1. C. quand. lic. ab Empt.* Nec emptionem venditionem, postquam vel pretium solutum, vel res tradita, vel utrumque peractum est, nuda verba resolvunt, aut rescindunt *l. si quam rem 2. ff. de resc. vend.* sed necesse est, ut praeter consensum, hinc res tradita, illinc pretium restitutum, vel ex utraque parte omnia in contrarium sint acta *Bach. d. loco C. I. A. d. 95. de Pact. & 8. 19. in fin. de resc. vend.* qui retroactus usque aded munit pactum istud nudum, ut vi ejus consensus postmodum interveniens de rescindendo contractu efficax reddatur ad perficiendum id, quod absque eo efficere nequaquam potuisset, amovendo utpote atque dissolvendo actum priorem, ac si nullus unquam intervenisset, cum pleno in super effectu dominij translativo, qui alias pactis nudis denegaretur *l. traditionibus 20. C. de Pact. Bachov. d. rubr. p. 667.*

xxxvi. Partem (a) mutant; cum re integra, (b) innovant (c) aliquid (d) de substanti- alibus (e) contractuum.

(a) si enim

(a) Si enim à toto, quidni & parte contractus recedere per-
missum, d. l. 7. §. 6. conf. §. 9. preced. lit. d. text. nott. quod autem
de parte contractus hic innuitur, id non eo sensu accipiendum,
quasi prior contractus pro parte subsistat, pro parte submoveatur;
quæ sententia videtur Pacij in Comm. ad d. l. 7. §. 6. vers. si igitur. Bor-
cholt. de pact. c. ult. n. 57. forsan & C. I. A. dum §. 18. de resc. vend. &
exemplo utitur l. si emptio 4. de resc. vend. cujus legis casus rem penitus
introspectanti, facile apparebit à natura horum pactorum alienus (neq;
enim hoc pacto idem numero contractus sustinetur, sed fit novus
d. l. 72. in fin. pr. ibi & nova emptio intercessisse videtur. de Contrah.
Empt. Bach. d. rubr. de Pact. renovat. n. 1.) Verum quod quædam de
substantialibus prioris contractus quasi transfundantur in subse-
quentem non specie sed numero differentem contractum, aded
ut prior, accedente pacto, sublatus, eodem quasi renovetur d. l. 7.
§. 6. vers. quod cum est d. l. 27. §. 2. vers. quod si non, atque repeta-
tur d. §. 6. vers. undè illud. Quo faciunt imprimis vocabula impro-
prietatem denotantia, quodammodo, quasi, videntur, subinde in dd.
ll. occurrence, præsertim in d. §. 6. vers. quod cum est, ibi, ut quo-
dammodo quasi renovatus contractus videatur l. 72. in fin. pr. ibi, & no-
va emptio intercessisse videtur de Contr. Empt. Bach. d. rubr. p. 673.
quæ sublatur totum priorem contractum, sed non totam rem,
facile arguunt Ant. Fab. in rat. ad d. §. 6. lit. c. Exemplum mutuo-
rum Jcto d. l. 72. ab emptione venditione, qua contracta, atque
pretio v. c. domus venditæ 1000. fl: constituto; si postmodum
convenerit, ut eadem domus 500. fl: sit emptæ, pactum hoc re-
formabit quidem priorem contractum, aded ut ex eodem agi non
possit; quia tamen non planè receditur ab eo, quod ante actum,
sed pretium tantum imminuitur, aded ut pactum priori contra-
ctui accedere quasi videatur, retenta pristina contrahendi forma,
hoc ipso pars tantum mutari dicitur; quæ partis mutatio non
tòlum in pretio, sed & circa rem fieri potest Bach. d. rubr. n. 4. p.
672. (b) d. l. 72. in fin. pr. de Contrah. Empt. l. si quam rem 2. de resc.
vend. d. l. 7. §. 6. vers. quod cum est, de pact: Ex quo justa consequen-
tiæ ratione infertur, pacta hæc, quemadmodum & resolutoria
per all. §. 9. preced. lit. c. in solis contractibus consensualibus locum
habere, utpote in quibus differat implementum à perfectione:
quod in contractu reali atque verbali eo minus admittitur, quo
magis

magis uterque simul perficitur atque impletur, eoque post perfectionem res integra dici nequeat, *Bach. d. rubr. de Pact. renovat. n. 1. Ant. Fab. in rat. ad d. §. 6. lit. g*: Confirmat porro hanc decidendi rationem, quod stipulationes non solo consensu sed verbis stipulantium promittentiumve *pr. Inst. de V.O. §. mutum. 7. Inst. de inut. stipul. constituantur, quæ iisdem modis, utputa verbis §. item 1. Inst. quib. mod. toll. oblig. dissolvi consentaneum est arg. l. nihil. 35. de R. I. Wesenb. in π. ff. de pact. n. 9. vers. quæ autem pacta p. n. 196. (c)* hinc pacta innovatoria *d. l. 27. §. 2. vers. idem. sive renovatoria, d. l. 7. §. 6. vers. quod cum est d. t. quæ cum Bachovio d. rubr. n. 1. pr. §. n. 4. p. 673.* definitio, quod sint ea, quæ contractum, pacto resolutorio sublatum, mutando aliquid de substantialibus, quasi repetunt atque reallumunt, constituendo novum non specie sed numero differentem: Hæc pacta insunt non tantum ex parte rei *Pactus ad d. l. 7. §. 6. vers. si igitur, sed & actoris d. §. 6. ibi, quod cum est etiam ex parte agentis pactio locum habet, i. e. novam actionem pariunt Wesenb. d. loc. Borcholt. de pact. c. ult. n. 57.* non propria sua vi, utpote, quæ pactis nudis denegatur *per all. supr. §. 27.* verum cum propter coherentiam contractus præcedentis, quem contrahentes finguntur repetiisse, tum adfinitatem pacti nudi cum contractibus consensualibus; quam utramq; rationem conjungit *Bachov. all. rubr. n. 4. p. 671.* Quorum numero rectè eximuntur conventiones eæ, quæ sublato priori contractu alium substituunt specie differentem, v. c. ex contractu emptionis venditionis efficientes contractum locationis conductionis: hæ enim notissimos pactorum terminos transgressæ (utpote quæ jam nomen certum cum vi per se & sua natura obligandi acceperunt *arg. l. 15. de præscr. verb.*) verorum contractuum rectius, quam pactorum ordini ascribendæ *conf. Bachov. d. n. 1. (d) sive adijciendo sive detrahendo conf. d. §. 2. l. 27. vers. quod si non,* hæctenus enim non distinguo, auctoritate atque rationibus *Ant. Fabri, quem allegat Consultus. Dn D. Tabor all. in d. §. 39. in fin. (e) de quibus propriè & regulariter innovatio contractus fieri solet; fac. oppositio pacti resolutorij & innovatorij in d. l. 7. §. 6. de pact. add. l. 72. pr. de Contrah. Empt. Bachov. d. rubr. n. 4. p. 672.*

XXXVII. De effectu perdux, quo volui: Ultimum nunc Contraria.
tractationis stylum & manum postulat, nempè contraria: De qui-
bus

G

bus

bus notetur hæc generalis regula, ut quoties contractus principalis non subsistit, nec pacta hæc effectum habere possint: principali enim extincto, nec accessorium subsistit *l. cum principalis* 178. *de R. I. l. penu. 2. de Pen. leg. Althus. 1. Dicaol. c. 66. n. 1. cum allegg. Wesenb. in Comm. Cod. de Cond. indeb. n. 36. Gail. 1. Obs. 4.* Quotquot itaque sunt, contractus vel impediencia vel annihilantia, tot pactis nostris adversa non immeritò quis dixerit: Latent autem ea I. in causa Efficiente, ut cum à personis ad paciscendū contrahendumq; incapacibus interponuntur *de quibus supr. 0. 14.* II. In materia atque Objecto, sive omnium contractuum, ut cum fiunt de rebus commercio nostro exemptis, ut puta impossibilibus, tum jure *l. pacto 6. C. de pact. l. condiciones 15. ff. de cond. instit. l. 35. §. 1. de V. O. Coedd. de Contrah. stipul. c. 8. n. 80.* tum natura *l. non impossibile 50. ff. de pact. l. 1. §. si id. 9. ff. de Obl. & Act. l. 135. de R. I. Bachov. d. rubr. de Object. Pact. Hunnius. de Pact. c. 5. quest. 8. Knipschildt Exercit. 1. de Contract. quest. 28. conf. supr. 0. 16. 17. 18.* sive quorundam tantum, quorum scilicet qualitas respuit pacta hæc adijcienda, verb. gr. cum contractui bonæ fidei adijcitur pactum ne dolus præstetur *l. in commodato. 17. pr. ff. commod. d. l. si unus. 27. §. 3. de Pact. l. 1. §. illud. 7. ff. de pos. Bocerus ad l. 23. de R. I. c. 5. n. 7.* Mutuo alijsque contractibus rebus, ut plus quam datum est reddatur *l. 11. §. 1. de reb. cred. l. 17. pr. ff. de pact. Bachov. d. rubr. de pact. inut. n. 1. Ant. Fabr. in ration. ad d. l. 17. pr. Societati, ne unquam dissolvatur l. si convenierit. 14. ff. pro socio, vel ut ad heredem transeat l. nemo 35. l. actione. 65. §. morte. 9. ff. eod. Forst. de pact. c. 6.* Emptioni venditioni, ne dominium ademptorem transeat *l. cum manu 80. §. ult. de Contrah. Empt. C. 1. A. 0. 64. de Contrah. Empt. Pignori, pactum commissorium l. ult. C. de pact. pign. (hoc enim etsi ex intervallo adiectum, nequidem ad exceptionem valere, rectè contra communem sentit Perezus C. de Pact. pign. n. 7. atque Ant. Fabr. 21. Error. Pragm. 2. n. 1.) atque his similia conf. Bachov. d. rubr. de pact. inut. & de Object. Pact. III. In Forma, quæ rursus, vel pacta perficienda impediunt, vel perfecta annihilant: Prioris generis sunt, in quibus consensus vel à neutra, vel alterutra tantum contrahentium parte deficit *l. 1. §. ult. ff. de pact. l. 3. ff. de pollicit. conf. supr. 0. 19.* Quod fit cum contrahentes vel expressè dissentiunt, vel error *arg. l. si per errorem 15. ff. de iurud. l. 116. §. fin. de R. I. vis atque metus d. l. 116. pr. idemque do-**

lus

lus l. 7. §. 7. de Pact. l. cum 9. C. eod. causam dans contractui bonæ
 fidei l. & eleganter. 7. ff. de dol. mal. l. venditi. 2. C. de A. E. l. si dolo. 5.
 C. de resc. vend. consensum remorantur, de quibus consulatur C. I. A.
 d. 82. de Pact. Wesenb. in 7 ff de Pact. n. 11. Hunn. eod. c. ult. quest. 1.
 cum seqq. Bachov. d. Comm. ff. de dol. mal. c. 2. cum alijs; Posteriori
 ordini ascribuntur (1.) obscuritas nimia, quæ sententiam atque
 mentem contrahentium planè obducit, aded ut ne ipsi pacifcen-
 tes, nedum alij, intelligant, quid contractum actumvè sit: Id enim,
 cum nullo modo percipi possit, pro non adiecto meritò habetur
 Bach. in Comm. ff. ad l. veteribus. 39. n. 2. de pact. cum paria sint nihil
 dicere, vel ita obscurè loqui, ut intelligi nequeat arg. l. sed si 11.
 §. 3. ff. de instit. act. l. aut qui. 5. §. si quis. 11. ff. quod vi aut clam: Qua
 in re insigniter lapsus deprehendo Wesenbecium in 7 ff de Pact. n.
 10. sub fin. p. 205 (cumque eodem Bronchorst. 1. Enant. 40.) ubi
 pactionem obscuram, quæ nullo modo intelligi potest, interpre-
 tandam inquit contra eum, qui apertius legem dicere potuit per l.
 veteribus. 39. de pact. ? Ab hac enim necessariò separanda obscuri-
 tas ambigua, de qua d. l. veteribus. 39. l. in contrahenda. 172. de R. I.
 sive dubia l. quoties 20. de R. I. quæ dubium, eoque diversum, pro
 diversa pacifcentium interpretatione, sensum orationi aspergit
 add. Althus. lib. 1. Dicaol. c. 17. n. 3. Bachov. ad d. l. 39. n. 1. & 2. ut-
 potè, quæ non vitiat pactum, sed idem sustinet, atque detorque-
 tur in odium ejus, qui apertius legem dicere potuisset d. l. 39. l. La-
 beo 21. de Contrah. Empt. l. stipulatio. 38. §. in stipulationibus. 18. de V.
 O. Treutl. d. Disp. 6. §. 11. lit. b. & ibid. Bachov. Curo de Pact. c. 2. n.
 33. Pet. Faber ad l. quoties. 67. n. 8. de R. I. Pacius 2. Enant. 7. Arum.
 Disp. Padd. 3. §. 14. quique le fundat in verbis promissionis Andr.
 Rauchb. quest. iur. 34. n. 14. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib.
 2. tit. 3. n. 99. Idque ratione gemina: prima, quod fundans inten-
 tionem in aliquo sive agendo sive excipiendo, eam probare teneat-
 ur l. 2. de probat. Altera, quod culpa præcipuè videatur residere a-
 pud proferentem, qui rem apertius declarare potuisset d. l. 21. l.
 cum ea lege. 33. eod. l. quicquid. 99. de V. O. Bachov. ad d. l. 39. n. 1.
 Paul. Busius in Comm. ff. d. n. 1. Patitur autem & hæc regula suas ex-
 ceptiones; quod si enim vel mens proferentis ad veritatem magis,
 communemque loquendi usum respexerit l. si mihi 110. §. 1. de V. O.
 Pet. Fab. ad d. l. quoties. 67. n. 11. de R. I. vel alia subsit specialitatis
 ratio

ratio, ob quam oratio in favorem ejusdem accipienda videatur (qui casus est *l. insulam. 13. ff. qui pot. in pign.* ubi totum jus pignorum idem ad venditorem pertinet, quod videatur jus Emptore antiquius habere *Paul. Busius d. loc. n. 3.*) quid morabitur, id ipsum ad commodum actoris extendere: (2) Alterum, quod pacta jam perfecta annihilat atque destruit, est pactum superveniens posterius atque novissimum; quo tollitur prius *l. sed celsus. 6. §. ult. de Contrah. Empt. l. tempore. 8. C. de Pact. int. Empt. l. pacta novissima. 12. C. de Pact. C. I. A. 8. 66. n. 3. de Contrah. Empt. Donell. ad d. l. 12. re. gulariter enim priori per posterius derogatur; quod exemplis aliquot demonstrat *Gorhofr. ad d. l. 12. & Hottom. in Comm. Cod. ibid.* Nec verò sufficit quodvis pactum posterius, verum id, quod priori est contrarium; plura enim pacta in eodem contractu censentur conjunctim apposita, si simul stare possunt *Card. Tuschil. p. Conclus. Pract. 6. n. 4. Donell. ibid. n. 1.* nisi constet de intentione contraria *Card. Tuschig. ibid. n. 5. Pacius in Comm. ad d. l. 12.* qua apparente, submovebitur prius, si non ipso jure, ut in contractibus consensualibus, quorum substantialia immutantur *d. l. ab. emptione. 58. de pact. Hackelm. d. Diss. 8. §. 61.* saltem ope exceptionis atque replicationis *d. l. si unus. 27. §. 2. Hottomann. in Comm. Cod. ad d. l. 12. Wesenb. ad pr. Inst. de replicat. Donell. ibid. n. 4.* ut in pactis nostris: Ratione manifesta, tum quod hæc sint facti non juris *d. l. 27. §. 2.* (id est, hanc vim atque potestatem à legibus non acceperunt, quemadmodum stipulationes, ut actionem tollant, verum æquitatis intuitu succurritur à Prætoribus, ut actionem excludere possint, facto hominis excipientis sive replicantis *Wesenb. in π. ff. de pact. n. ult. Perezus in Comm. Cod. de Pact. n. 23.*) tum quod pacta, quemadmodum & contractus, sint *J. G.* quod effectum hunc civilem absumere nequaquam potuit *Wesenb. ad §. omnis. 3. Inst. de V. O. qua de re ut & antinomia l. 95. §. 4. de solut. cum h. l. 27. §. 2. de pact. inspiciat, cui placet, Treutlerum ibique Bachov. 1. Diss. 6. §. ult. lit. a. & eund. rubr. de Effect. pact. liberat. n. 3. Wesenb. d. n. ult. Revard. lib. 2. varior. c. 6. IV. In causa finali; cum pacta tendunt ad utilitatem non contractantis, sed tertij *gl. fin. in addit. margin. ad l. si tibi. 27. C. de Locat. Gudelinus lib. 3. de jur. noviss. c. 1. n. 43. & seq. conf. supr. §. 14.***

Affinia.

XXXVIII. His annecto Affinia: ut I. Pactum nudum sive simplex *conf. supr. §. 14. & 17. cum seqq. differentiam collige ex §. supr. 19. II.*

19. II. Pactum legitimum Bicerus Class. 2. Disp. 2. §. 37. lit. a. vid. supr. §. 8. III. Pollicitatio arg. l. ea 43. §. quadam i. de Contrah. Empr. conf. supr. §. 9. IV. Contractus, tam nominati, utpote stipulatio arg. l. 7. §. quod ferè 12. ff. de pact. l. 1. §. eum qui 4. de const. pecun. Bachov. in Comm. ff. d. rubr. de Pact. Adject. n. 4. p. 583. & 585. (quæ non nisi animo discernitur tam à pacto nudo quam adjecto d. l. 7. §. 12.) præsertim consensuales arg. l. ab emptione 58. ff. de pact. l. si quam rem. 2. de resc. vendit. Bach. d. Comm. ff. rubr. de Contract. n. 4. quam innominati l. in traditionibus 48. ff. de pact. ubi Bach. d. rubr. pr. V. Pacta adjecta actibus tam inter vivos, quam mortuos de quibus super §. 10. VI. Adjectio quævis loci, temporis sive conditionis l. 44. §. 2. de O. & A. l. 50. de Contrah. Empr. conf. supr. §. 3.

Claudatur tandem tractatio ista aliquot questionibus, quas superiores §§. in hunc commodiorem locum rejecerunt; quarum

I. An quasi contractibus possit pactum adijci?

Quid hac de questione sentiendum sit, primo intuitu non apparet, variantibus inter se mente & calamo Dd: Glossa sanè (licet non parum hæsitans) in l. negotium 22. C. de neg. gest. hanc pro sua auctoritate decidit, quam constanter sequuntur Gothofr. & Dd. Comm. in d. l. 22. nominatim Cujacius ad d. l. 7. §. 5. verb. in bona fidei judicijs, Pacius ibid. & vers. idem Marcellus ff. de pact. idem in Method. Cod. de Pact. n. 8. & Anal. C. eod. n. 11. Oldendorp. Class. 4. Action. 25. pract. n. 3. Treutlerus ibique Bachovius disputat. 10. §. 5. lit. f. Knipschildt. de Contract. Exerc. 11. §. 13. Arum. Exercit. Iust. 15. §. 11. subfin. qui omnes, nulla addita dubitandi ratione, securè affirmant, pactum quasi contractibus adijci posse; his præcipue moti (1) quod Jmpp: in d. l. negotium 22. expressè admittant pactum de casu fortuito, in negotiorum gestione, præstando. (2) quod Jctus in l. contractus 23. de R. I. post enumeratos ab initio tam verorum, quam quasi contractuum species, tandem generali isti regulæ, casum scil: fortuitum in his omnibus non præstari, exceptionem hanc, nisi nominatim convenerit, ut & is præstetur, subjiciat; quæ

G 3 8. 1997. 101222



qua exceptio indefinitè proposita, de omnibus in regula compre-
hensis exempli accipienda videtur, cum & alias indefinita propo-
sitione æqui polleat universali arg. l. si pluribus 44. pr. de legat. 2. We-
senb. de R. l. n. 3. (3) per l. si pupilli. 6. §. ult. ibi nisi forte usuras ei remi-
serat ubi gloss. ff. de neg. gest. (4) per l. sed an ultro 10. ff. d. t. ibi nisi
specialiter id actum est, id est, pacto conventum, ut neuter &c. (5) per
l. 7. §. quinimò 5. vers. idem Marcellus scribit de Pact. ubi pactum recen-
setur adjectum Tutela tanquam quasi contractui: Verum enimverò,
quo minus huic sententiæ, simpliciter sic propositæ, subscribam,
facit (præter alias, quas omnes cumulare hujus non erat insti-
tuti) ratio hæc: Quod in quasi contractibus consensus utriusque
non reperitur, imò quandoque nullius; aded ut & ignorans ob-
ligetur gl. contrahendi in l. in omnibus 55. de O. & A. l. ut sit, 31. ibi
cum non affectione societatis incidimus in communionem cum l. seq. 32.
ibi sine tractatu ff. pro socio: In plerisque enim animus est & volun-
tas obligandi vel ex altera tantum parte (quæ consensus proprie
dici nequit repugnante nativa vocabuli significatione Hillig. in D.
E. d. lib. 15. c. 14. lit. b.) ut in negotiorum gestione, quæ sine man-
dato contrahitur, itemque dominus ignoranter obligatur §. igitur
1. Inst. de obligat. quæ ex quas. contract. l. 5. pr. de O. & A. In admini-
stratione Tutelæ ut & aditione hereditatis, ubi nullum negotium
contrahi id est, consensus intercedere dicitur in §. Tutores 2.
& §. heres 5. Inst. eod. Vel neutra, ut si quis in rem communem,
quam suam in solidum putavit, aliquid impenderit l. in hoc judici-
um §. impendia 1. ff. comm. divid. poterit id, quamvis non animo re-
petendi vel alterum eo nomine sibi obligandi, sed quasi in rem su-
am fecerit, repetere actione communi dividendo d. l. 14. §. 1: Ex
quibus facile apparet, contractibus his pacta, (utpote quæ con-
sensu utriusque constant l. 1. §. conventionis 3. ibi ex diversis animi
motibus in unum consentiunt ff. de Pact. l. in omnibus 55. de O. & A. & à
quibus ignorantia abesse debet C. I. A. d. 82. de Pact.) adijci non posse.
Quod si quis regerat, in quasi contractibus subesse consensum ali-
quem atque conventionem, vel præsumptam saltem, si non veram
& expressam conf. Richterum disp. 13. de Contract. d. 1. lit. c. Bach. ad
pr. Inst. de Oblig. quæ ex quas. contr. quæ proinde sit fundamentum
atque specifica quasi contractuum differentia, qua à veris distin-
guantur, ut per l. is qui 13. in fin. ff. commod. rectè docuit Bachovius
in d.

in d. Comm. ff. rubr. de tacit. convent. n. 1. & in tit. ff. de neg. gest. c. 1.
n. 1? Eidem lubens assentiar; ut tamen d. conventioni vim atq;
 robur formandi pacti eo constantius denegem, quò certior sum
 de jure, talem præsumptum consensum non nisi in pactis aliquot
 jure expressis *l. 2. §. 1. l. 3. & 4. ff. de pact.* (quod de pactis quasi
 contractibus adjectis nusquam reperitur decisum) sufficere; His
 præmissis generalibus juris fundamentis, quæstionis hujus decisi-
 onem intrepidè subijcio, affirmans, pactum nec ex intervallo, ne-
 dum incontinenti quasi contractibus adijci posse, quamdiu con-
 tractus isti manent in suis terminis, id est, non degenerant in ve-
 rum utriusque consensu constantem contractum. Quæ positio
 parum infringitur supr. adductis textt. quibus fundandæ suæ sen-
 tentiæ causa usi sunt adversarij (1) Arenosum enim funda-
 mentum, quod petunt *ex l. 22. C. de neg. gest.* inde apparet, quod *d.*
l. comm. proclametur fugitiva, accipiendaque videatur de procu-
 ratore, non negotiorum gestore; per rationem subjectam *a C. l. A.*
θ. 27. n. 6. de neg. gest. add. ejusdem θ. 23. n. 2. mandati; Quò etiam
 inclinatur glossa *in d. l. 22.* quamvis postea fingat casum, ubi ab ini-
 tio pactum adijci arbitratur, *de quib. infr.* (2) Infirmo æquè nitun-
 tur *in l. contractus 23. de R. l.* Id enim quod de speciali pacto subij-
 citur, intelligendum absque dubio in terminis habilibus *arg. l. &*
qui. 30. ubi gl. ff. de Adopt. §. affinitatis 6. & seq. 7. Inst. de Nupt. ijs sc:
 contractibus, qui pactum speciale recipiunt, quorumque sub-
 stantia his conventionibus non adversatur, cujus generis esse
 quasi contractus jam supra ostensum; Nego itaque exceptionem
 illam de tota regula accipiendam quod in jure nostro non infre-
 quens, exemplum *l. à procuratore 13. C. mand.* demonstrat (3) Ali-
 enus porro à nostra quæstione casus est *in l. 6. §. ult. de neg. gest.* Ibi
 enim negotiorum gestioni pactum de remittendis usuris adjectum
 non est, sed usuræ potius ex mora, non solutæ sibi met pecuniæ,
 contractæ remittuntur gestori, post peractam jam gestionem ha-
 bitasque hinc inde rationes; alium casum fingit glossa *ibid.* cui
 an credendum alius viderit. Fortiori (4) argumento utitur Ba-
 chovius *d. Comm. ff. ad Treutl. 1. Disp. 10. θ. 5. lit. f.* dum allegat *l.*
sed an ultro. 10. ff. d. t. Cui aliquando vel audacius vel securius, pro
 more, respondet Ant. Faber *in rat. ad d. l. 10.* Verba illa, *nisi id a-*
ctum sit & c. redolere manum Triboniani: Verum eidem justè se
 obijcit

objicit Bachovius *d. loco* excusaturus Tribonianum, quod *ibid.* non agatur de Pactis incontinenti adjectis, (in quibus sine dubio ratio ab Ant. Fabro allata locum habeat,) sed ex intervallo, imò quæ post gestionem, reverso sc. domino atque certiore de ea gestione facto intercesserunt: Cujus interpretationem, quemadmodum libenter accepto, sic libentius, forsàn & tutius, hac etiam lege non obstante, propugno priorem sententiam meam: Concedam enim licet, pactum tale post gestionem dominique ratihibitionem adjectum; Id tamen actionem negotiorum gestorum (transformatam utpote per consensum utriusque intervenientem in actionem mandati) informare *per jura supra allegg.* constanter nego: Atque sic concludo cum Bachovio (forsàn & Ant. Fabro *d. loco*. si ejus verba ex mente potius quam tenore literarum metiar) posse *per d. l. 10. pr.* ex intervallo, & post negotiorum gestionem, ejusque ratihibitionem, pactum intercedere de casu fortuito v. c. præstando, in ijs rebus, quæ post gestionem reliquit dominus apud gestorem, quasi positis rationibus, atque calculo utrinque subducto: Quo pacto tamen (hæc addenda limitatio) propter consensum, ut dictum, intervenientem, adversantem quippè naturæ quasi contractuum, non negotiorum gestorum, sed mandati actio informetur *arg. l. semper. 60. de R. I. Besold. in delib. jur. p. 320. C. I. A. d. 8. 27. n. 6. de neg. gest. (5)* Ad fortissimum, omnium hæcenus enarratorum, argumentum depromptum *ex l. 7. §. quinimo. §. vers. idem Marcellus ff. de pact.* non arridet responsio à correctione textus petita, quam suadent Ferretus & Baro *alleg. à Pacio d. Com. vers. idem Marcellus, quos sequitur Gothofr. ibid. verb. actionem, & Bachovius d. Comm. ff. rubr. de pact. renovat. n. 2. à se ipso dissentiens d. Comm. in explicatione l. 7. §. 5. verb. in tutela actione* pro actione, lependes, administratione, quasi Tutor administrans tutelam, nomine pupilli pactus sit de majoribus, quam initio convenit, usuris pupillo suo præstandis? Præterquam enim, quod correctiones legum sint vitandæ, quamdiu textus sustineri potest *c. cum expediat. 29 ext. de Elect. in. 6. l. un. C. de in off. dor.* videtur ipsa etiam decisio inepta, imò verbis præcedentibus è diametro adversa: Sic enim, ut justa sit *d. vers. idem Marcellus, cum præcedd.* continuandi ratio, ponendus est casus, quo pactum non incontinenti, sed ex intervallo tantum sit adjectum; Admissa autem interpretatione Baronis

nis

Baronis atque Ferretti, poterit omnino casus fingi, quo pactum etiam incontinenti adiectum sit contractui, quem pupillus auctoritate Tutoris iniit: Longè rectius itaque verba illa *in tutela actione* accipio, quasi circa tutelæ actionem, postquam tutela finita est, quippè quæ actio non nisi finita tutela datur *l. 1. §. hæc actio ult. l. nisi finita. 4. ff. de tut. & rat. distr. gl. & Cujac. ibid. quos sequitur Ant. Faber in ration. ad d. l. 7. §. 5. lit. g. d. t.* Quâ præmissa interpretatione (ab ipso etiam Pacio *d. loc.* approbata) parum imò nihil iuvabit adversariorum intentionem textus iste; nec enim pactum *ibid.* adiectum est quasi contractui Tutelæ, quippè quæ jam finita est *all. l. 4. de tut. & rat. distrab.* sed ipsi tutelæ actioni.

II. An omnia pacta adiecta sint expressa, an & quedam tacita?

Posterius affirmat Althusius *lib. 1. Dicaol. c. 66. n. 5.* dum dividit pacta hæc in tacita & expressa: Prius Bachovius *in Comm. ff. de Pact. sub rubr. de tacit. convent. n. 1.* Ego ab initio dubius, cui tantorum Virorum auctoritati me submitterem, ponderata utriusque sententia, Althusii tandem inhærere malui: Diu enim multumq; cogitanti, quamobrem tacita conventio pactis adiectis planè denegaretur, causam aded reperire mihi non licuit, ut vel pleraque pacta tacita contractibus, si non incontinenti, saltem ex intervallo adiecta affirmare haud dubitarim: Sic enim (ut quibusdam taciti pacti exemplis, quibus etiam Bachovius *d. Comm. in secund. divis. pact.* utitur, sententiam hanc confirmem) Traditio Chirographi à creditore debitori facta, inducit præsumptionem, quasi tacitè inter eosdem pactum de non petendo intercessisset *l. Labeo. 2. §. & ided. 1. ff. de pact. l. liberationem. 3. §. sed etsi. 1. ff. de liberat. leg. hæc* verò absque obligatione aliqua atque contractu præambulo fieri vix potest: Simile exemplum occurrit *in l. qui in futurum. 57. in pr. ff. de pact.* ubi rursus pactum ne sors intra certum tempus petatur, ex receptis in futurum usuris præsumitur; quod non nisi præcedente aliquo contractu fieri manifestum est, *cetera collige ex l. 4. pr. ff. de Pact. & l. 4. ff. in quib. caus. pign. tacit. Bachov. d. rubr. de secund. divis. pact.*

H III. Qui

III. Quid sentiendum de communi Dd. distinctione, qua separant substantialia à naturalibus contractuum?

Hanc omninò approbant post gloss. in l. pacta. 72. ibi nova Emprio. ff. de Contrah. empt. Zasius 1. Resp. 12. n. 1. Azo in summ. Cod. de Pact. int. Empt. & vend. n. 2. Madaeus de Contrah. Empt. part. 5. pr. n. 13. Hilig. in D. E. lib. 15. c. 1. lit. a. in notr. Corasius lib. 3. Miscell. c. 10. Mozzius de Contract. substant. art. 5. & seqq. Robert Maranta part. 2. specul. aur. n. 27. & seqq. Andr. ab Exea de pact. n. 451. & seqq. Dd. plures allegg. à Card. Tuscho lit. p. conclus. 4. n. 18. & conclus. 17. n. 1. Quos sequuntur inter recentiores Mornacius ad d. l. 72. de Contrah. Empt. Merill. 3. Obs. c. 23. Mantica de tacit. & ambig. convent. tit. 12. n. 7. Richterius disp. 1. de Contr. 6. & 8. Knipschildt Exercit. 1. de Contract. 62. Definientes contractus substantialia, quæ essentiam contractus cujusque ita constituunt, ut mutatis illis alia res esse incipiat l. Iulianus. 9. §. sed si quis rem. 3. ff. ad exhib. Naturalia, quæ ad Contractum initum accedunt, eique legis auctoritate insunt, etsi de illis inter contrahentes nihil sit actum l. si unus. 27. §. Pactus. 2. ibi quod lex natura ejus tribuit. ff. de pact. Ideò sic appellata, quia ex more & consuetudine contractibus insunt l. quod si nolit. 31. §. quia assidua 20. ff. de Edict. Ed. Hortens. ad d. l. 72. de Contrah. Empt. vers. adminicula. Quam distinctionem multis exemplis non tantum illustrarunt conf. Zasium d. loc. Hortom. quest. illustr. Card. Tuschum. lit. p. conclus. 17. n. 2. Corras. lib. 3. Miscell. c. 10. n. 2. 3. & 4. præsertim Mozz. d. tract. de Contract. sed & effectu suo ex jure deprompto confirmarunt: Nimirum, quod substantialia sint immutabilia nec de voluntate contrahentium arg. l. 9. §. 3. ff. ad exhib. l. rogasti. 11. §. si tibi. 1. ff. de reb. cred. ubi gl. condici & add. marg. c. tua nos. 26. ext. de sponsal. Mornacius ad d. l. 72. de Contrah. Empt. Merill. 3. Obs. 23. Mantica. d. lib. 1. tit. 12. n. 16. Corbulus de Jur. Emphyt. (si quidem sustinere velint contractum, secus si vel eundem transmutare in alium sive numero sive specie differetem contractum, vel eundem planè tollere connitantur; ad hoc enim ea prodesset nullo forsan contradicente affirmo cum Dd. allegg. à Card. Tuscho. tom. 6. conclus. lit. p. concl. 4. n. 18. & conclus. 17. n. 1. Cass. Roderic. de Ann. & mensur. reddit. quest.

quest. 1. n. 22. Zasio 1. Resp. c. 12. n. 3. Hillig. in D. E. lib. 15. c. 1. lit. a. Ant. Fab. in rat. ad d. l. 7. §. 5. lit. d. d. t. conf. supr. d. 32. & 35.) quod diversum obtinet in naturalibus, ea enim pactis immutari, exempla passim in jure nostro occurrentia satis abundeque testantur: Ecquid enim obstat, quo magis, manente contractus substantia, plus minusve ex pacto præstari possit, quam natura contractus, deficiente pacto, requirat, *verba sunt Ant. Fabri d. loc.* Quorum sententiæ an simpliciter subscribam? absit; distinctionis itaque lumen aliquod præfero, atque discerno cum *Zasio lib. 1. Resp. c. 12. n. 5. Corrasio lib. 3. Miscell. c. 10. n. 3. & n. 4.* naturalia proximè attingentia substantiam ipsius contractus (quæ naturalia interna vocant *Mudæus de Contrah. Empt. part. 5. pr. n. 16. & Bronchorst ad l. 27. de R. l.*) ab ijs, quæ longè recedunt, (quæ externa appellant *Mudæus & Bronchorst all. loc.*) quæque ut qualitates innatæ contractum jam perfectum sequuntur: Illa enim, quin substantialibus propter affinitatem rectius annumerentur, suadet ipse Effectus, quem supra contractuum substantialibus unice assignavi, quod salvo contractu immutari nequeant; hæc verò quia longius remota sunt à substantia, manent naturalia, nec quicquam de effectu substantialium participant: Exemplo serviat (quo *Dd.* plerique utuntur) emptio venditio, cujus naturale est, dominium transferre *l. ex empto. 11. §. & in primis. 2. ff. de A. E. Mozz. de contract. rubr. de natur. Empt. n. 8.* (non etiam substantiale; ut *Merillio videbatur 2. Obs. 23.* cum propter venditionem rei alienæ, eoque non translatum dominium, contractus hic non rescindatur *l. si ita 25. §. qui vendidit. 1. & l. rem alienam. 28. ff. de Contrah. Empt. C. l. A. d. 68. d. t.* sed agatur tantum ad interesse propter evictionem *d. l. 11. §. 2. l. 1. pr. de rer. permut.*) nec tamen pactum expressè adijci potest, ne dominium in Emptorem transeat *l. cum manu, 80. §. ult. ff. de Contrah. Empt.* cum hoc ipsum videatur adversari æquitati naturali, quæ vult, ut venditor, post acceptum pretium tradat rem venditam eo jure, quo ipse usus est *Mozz. de nat. Empt. vend. n. 20. & 22:* Quod secus est in evictione, quæ licet sit de natura Emptionis venditionis, pacto tamen immutari potest, *per all. supr.* Quapropter dubito, an citra reprehensionis notam ab hac terminorum distinctione divortium fecerint *Dd.* non pauci, nullum inter substantium contractus ejusque naturam agnoscentes discrimen:

Qua in re præcipuus fuit Hottomannus *quest. illustr. 36. seq. 4.* ubi postquam naturam & substantiam synonymicè posuit, tandem accidens dixit, quod naturam supra appellavi: Parum sibi constans in *verbb. præced. seq. 3.* ubi naturalem formam appellat v. c. in emptione venditione, cautionem de Evictione, quam *d. seq. 4.* dixit accidens, opponendo id ipsum naturæ & substantiæ: Ejusdem inconstantia argumentum exhibet *seq. quest. 37.* ubi naturam, quam prius substantiæ, postea adimiculis attribuit: cujus sententiæ assecla fuit Cujacius in *Prolegom. Feudd. circa finem* quem allegat & sequitur Borch. de *pact. c. ult. n. 56. Vult. ad pr. Inst. de Contrah. Empt. n. 55. Forst. de pact. c. 4. membr. 6.* eoque collimare videtur Bachovius in *Comm. ff. de pact. sub rubr. de pact. adiect. n. 6: sub fin. ibi ubi pacta natura & substantia adversantur, & in explicat l. 7. §. 5. ibi extra naturam de pact.* qui omnes distinctionem hanc vel expressè rejiciunt, vel saltem confusione horum terminorum deprimere satagunt, idque arg. *§. de illa. 2. ibi contra naturam societatis, l. Lucius Titius. 24. ibi depositi naturam ff. depositi l. jurisgentium. 7. §. quinimò. 5. ibi extra naturam de pact.* In quibus textt. Jctos his terminis etiam promiscuè usos monent Hottomann, *all. quest. 37. Bachov. in explicat. d. l. 7. Cujac. 2. Obs. 15. in fin.* Quod ut veritati concedam, sic nec eidem quicquam derogo, si hac terminorum confusione totam illam, saltem ad docendum apprimè utilem distinctionem, vel sublatam vel improbatam, negem; Præsertim cum & ipse inter dissentientes, Bachovius *all. l. 7. §. 5. de verbis litem* (quæ hic exoriretur) improbaverit, atque superiorem naturalium subdistinctionem, quam à Zasio mutuatus sum, laudarit, *conf. Pacius d. l. 7. §. 5. verb. extra naturam Ant. Fab. in rat. ibid. lit. K.*

IV. *Quanam detur actio ex pacto incontinenti contractui bonæ fidei adiecto?*

Occasionem huic quæstioni proponendæ præbuerunt ea, quæ *supp. 88. de pactis contractibus bonæ fidei incontinenti adiectis prædicantur, dari ex iisdem non tantum exceptionem sed & actionem d. l. jurisgentium 7. §. quinimò. 5. ff. & l. in bonæ fidei 13. C. de Pact.* Quo autem certior erat sententia hæc, eò magis de nomine ac qualitate ipsius actionis inter Proculianos & Sabinianos (quorum diversa erat schola *l. 2. §. post hunc 47. de O. I.* frequensque dissensus

sus conf. §. cum aliena 25. Inst. de rer. divis.) jam olim disceptabatur
fac. l. si convenit. 6. ff. de resc. vend. l. Titius 24. de præscript. verb. l.
labeo 50. de Contrah. Empt. l. si fundum. 2. C. de Pact. int. Empt. Illis
actionem præscriptis verbis l. si vir uxori 12. ff. de præscr. verb. (ubi
judicium sive actionem in factum rectè interpretatur Hortensius
in Comm. ad d. l. 12. de actione civili seu præscriptis verbis, non et-
jam in factum civili quemadmodum in l. si cum 13. ff. de pign. act.) His
ex contractu informato veterem id est, ipsius contractus propriam
d. l. si convenit. 6. de resc. vend. affirmantibus; qua de re testantur
Forst. de Pact. c. 8. part. 2. membr. 1. Hunnius de Pact. c. 7. quest. 5.
Bronchorst. 1. Enant. 35. Bocer. ad l. 23. c. 5. n. 5. de R. I. Ant. Fab. in ra-
tion. ad l. 4. de l. Comm. sub fin. Borch. de pact. c. ult. n. 55. C. I. A. 8.
94. de Pact. & 8. 65. de Contrah. Empt. (neget utcumque dissensum
hunc Hortensius in d. Comm. ad l. 12. de præscr. verb. à cujus opinio-
ne non multum recedit Bachovius d. rubr. de Pact. adjunct. n. 6. vers.
ego puto, & ad Treutl. d. 8. 10. lit. c. quia nec Paulus in l. si sterilis 21.
§. si tibi. 4. de A. E. nec Vlpianus in l. ex empto 11. §. is qui vina. 6. d. t.
ullam hujus litis mentionem fecere, tam securè non prætermittu-
ri, si quæ fuisset? Verum his nil remorantibus communi adhæ-
reo, evidentiores nimis animavertens textus, hunc dissensum ar-
guentes, quibus refragari, esset luce meridiana cœcutire.) Non
deerat fanè utrisque causa ambigendi: Proculiani allegabant,
contractum deficiente conditione, sub qua, vi pacti adjuncti erat
initus, annihilari, eoque ex contractu, qui non erat, actionem
non competere arg. l. nam etsi. 5. ff. de injust. rupt. test. Vicissim Sa-
biniani regerebant, pactam non tam parere actionem, quam con-
tractum informare d. l. jurusg. 7. §. quinimò. 5. ff. de pact. Hunn. d.
quest. 5. sub fin. Bach. d. n. 6. quos juvabat, quod pactum hoc sit ac-
cessio quædam atque pars contractus; cujus proinde, ut principa-
lis ac totius naturam sequi necesse habeat arg. c. 42. de R. I. in 6.
Perezius in Com. Cod. de Pact. n. 21. & tit. C. de Pact. int. Empt. n. 10.
Hunn. Forst. Bronchorst. dd. locc. Donell. ad l. 13. n. 9. C. de Pact. ;
Quàmobrem utraque secta invenit suos Patronos: Illis assentie-
bantur Dd: allegati ab Hunnio ad Treutl. d. 8. 10. quest. 36. His asta-
bant non rarioris numeri, præsertim Cujacius ad d. l. 7. §. quinimò 5.
ff. de Pact. ejusque imitatores indefessi Bocerius ad l. contractus 23. de R. I.
c. 5. n. 5. Borch. de Pact. c. ult. n. 55. Forst. d. c. 8. part. 2. membr. 1. qui-
bus

bus accesserunt Hottomannus in Conjectur. de prescr. verb. p. m. 178.
Vinnius de Processib. disp. 21. §. 34. Arum. disp. Pand. 3. §. 10. Donell.
Hunn. Perezius all. loc. Paul. Busius in Comm. ad d. l. 6. de A. E. n. 2.
Bach. d. Comm. ff. de Pact. adjunct. n. 6. & ad Treutl. d. §. 10. lit. b. in fin.
presertim lit. c. Quos omnes alio respectu lubens audio, hic qui
possum? Mediam ego in eo viam, atque ne nimis vager, lineis su-
is ac limitibus includam fallacem hunc campum; affirmans; de-
cisam quidem hanc controversiam (ut fieri adsolet Merill. 1. Obs.
c. 5.) per Impp: Antonium & Severum, in l. si fundus 4. ibi sed jam
decisa est questio ff. ad l. Commiss. l. Imp. Severus 16. ff. de in diem addit.
(sic affirmantibus credidi Ant. Fabro in rat. decid. ad l. 75. de Con-
trah. Empt. Forst. de Pact. c. 8. part. 2. membr. 1. Bronchorst. 1. Enant.
35. quamvis decisionem hanc rursus inficietur Hortensius all. com.
ad l. 12. de Prescr. verb. ignorantia Interpp: supr. allegg. inculans
illius principij, quod omni actioni Empti venditi insit actio præ-
scriptis verbis) Sic tamen, ut regulariter sola superfit actio ex con-
tractu d. l. si fundus. 4. ff. de l. Commiss. l. fundi partem 79. de Contrah.
Empte l. tenetur. 6. §. si vendidi. 1. ff. de A. E. l. ex conventionem 11. C. de
Pact. d. l. Imp. Severus 16. de in diem add. certis licet casibus non de-
negetur actio præscriptis verbis, nim. cum ad rescissionem contra-
ctus agitur, quo casu cum dubitatur an actio ex contractu com-
petat, suadente necessitate (ne forsitan actor, instituendo actionem
incompetentem, petitione sua cadat) danda fuit subsidiaria nim.
præscriptis verbis l. si fundum. 2. C. de Pact. Int. Empt. l. si vir. 12. ff.
de prescr. verb. l. si conveit. 6. de resc. vend. Sic Dd. comm. Hackelm.
2. Illustr. quest. §. 8. lit. d. Bronchorst. 2. Enant. 27. Donell. ad l. 13. C. de
Pact. n. 11. Bachov. d. rubr. de Pact. adjunct. n. 6. & ad Treutl. d. loc. Mu-
deus de Contrah. Empt. part. 5. cap. de Pact. informat. n. 44. & seqq:
Paul. Busius in Comm. ad l. tenetur 6. n. 4. de A. E. quamvis in fin. ibid.
hac fictione opus esse neget: Quo sensu accipienda, ni fallor, senten-
tia Dd. communis, affirmans ex pacto hoc dari utramque tam ex
contractu, quam præscriptis verbis actionem, quemadmodum post
gl. actio in d. l. 13. C. de Pact. & in l. 7. §. 5. ff. eod. Auctor est Paul. de
Monte Pico ad l. 10. n. 2. C. de Pact. Costalius in d. l. 12. de Prescript. ver-
bis, Fachin. 2. Controv. c. 98. Ant. Fab. 23. Error. 7. idem in ration. de-
cid. d. l. 50. & 75. de Contr. Empt. Mantica de Tacit. & ambig. convent.
lib. 3. tit. 15. n. 47. Pacius ad d. l. 13. C. de Pact. & ad l. 7. §. 5. ff. eod.
Wesenb. in w. ff. de prescr. verb. n. 8. in fin. C. l. A. §. 94. de Pact. idem

l. 65. de Contr. Empt. & l. 25. n. 13. de Usur. Aegid. Horr. ad d. l. 12. de Prascri-
 verb. Merill. 2. Obs. c. 8. ipse etiā Gail. 2. Obs. 16. n. 3. Quos si nō omnes, ple-
 rosq; tamē hanc agnovisse restrictionem, vel ipsorū verba evincūt.

**V. An Pactum emptioni venditioni adjectum,
 ne venditor, evicta re, emptori pretium
 restituere teneatur, valeat?**

Diversae sunt hac de quaestione decisiones, non destituta vel
 textibus, vel rationibus: Qui affirmant, his potissimum inni-
 tuntur; nihil ad eō bonae fidei consentaneum, quam ut ea quae
 inter contrahentes convenerunt, serventur l. ex empto 11. §. impri-
 mis 1. ff. de A. E. l. in emptionibus 43. ff. de Pact. praesertim cum de E-
 victione agitur d. l. 11. §. ult. de A. E. l. empti. 21. C. de Evict. Nec
 emptionem idē rescindendam, quod Emptor & pretio & re em-
 pta simul privetur; cum in emptione aleae, Pantherae aut indagi-
 nis hoc nihil sit frequentius, ubi tamen ad neutrum supersit peti-
 tio l. nec emptio 8. §. aliquando 1. ff. de Contrah. Empt. l. si jactum. 12.
 de A. E. Imō vel ipsum Vlpianum in d. l. 11. §. ult. contradixisse Ju-
 liano affirmanti eo casu, quo venditor, ne evictionis nomine o-
 mnino obligetur, pactus sit, nihilominus actionem Empti, ad pre-
 tium recuperandum, superesse; ut ex resolutione d. §. ult. evin-
 cere conatur Henricus à Sverin rep. lect. c. 43. atq; sequitur Comm.
 Dd. Schola conf. gl. si quis in d. §. ult. Rob. Marant. part. 2. specul. aur.
 sub fin. Wurmbf. 1. Pract. Forens. tit. 2. Obs. 1. n. 2. & 1. tit. 31. Obs. 4.
 n. 2. Duarenus ad tit. ff. & C. de A. E. in fin. Verum, utut communis
 opinionis magna sit Auctoritas, quae proinde alijs videatur prae-
 ferenda Nevizan. lib. 5. sylv. Nupt. Mynsing. Decad. 4. Resp. 31. n. 16.
 Quia tamen ipse Imp in Constit. Deo Auctore § sed neque 6. multi-
 tudini Auctorum inhaerendum, sed quod æquius atque juri conve-
 nientius sequendum fuasit add. l. nemo 13. C. de sent. & interloc.
 hæ sanè rationes tantæ apud me auctoritatis non fuere, quo minus
 negativæ subscriberem: Vtar verò fortiori fundamento, quod
 peto ex d. l. 11. §. ult. hanc sc. conventionem bonae fidei (quae in
 hoc contractu maximè eminet l. tenetur. 6. §. ult. d. r. conf. Connan.
 lib. 3. Comm. c. 15. n. 3. & c.) è diametro esse adversam, quae non pa-
 tiatur, ut emptor rem amittat, & pretio simul frustretur d. §. ult.
 vers. neque enim l. bona fides 50. eod. Qua absque dubio ductus rati-
 one

one Julianus hanc sententiam confirmavit *d. l. 11. §. ult. vers. & si aperte*, affirmans pacto hoc interveniente, ne venditor quicquam Evictionis nomine Emptori præstare teneatur, re evicta, pretium nihilominus restituendum, quamvis de utilitate (id est, interesse *ut in l. 2. pr. & §. ult. de eo quod cert. loc. C. l. A. 8. 13. n. 1. de re lud.*) non obligetur: A qua Juliani sententia non recessit Vlpianus *ibid. in fin. vers. sed cum supra scriptis*: quicquid tandem obijciat *Sverin. d. c. ult.* Nec enim referenda verba illa ad priorem sententiam Juliani, qua affirmabat, dictam conventionem iniquam; sed ad rationem dubitandi, quam ipse Julianus *vers. nisi forte*, supeditavit; diversam scilicet rationem esse rei certæ, quæ emitur (hæc enim meritò respuit talem conventionem *d. l. bona fides 50. de A. E.*) & rei incertæ id est, alex, Pantheræ aut indaginis: in qua amissio pretij & rei compensatur cum spe majoris lucri, quod favente fortuna emptori obvenire facile potuisset *conf. Merill. 3. Obs. c. 13. in fin. Ant. Fab. in ration. ad d. l. 11. §. ult. C. l. A. 8. 5. n. 25. de Evict.* Huic explicationi minimè refragatur *l. cum ea conditione 68. ff. de Evict.* (quæ absque dubio reponenda apud Henr. Sverin *d. loc. in fin. in locum allegata l. qui libertatis 68. eod.*) diversa quippè ratio est pignoris venditi à creditore, & alterius rei non oppignoratæ à vero Domino venditæ; quippè Creditor evictionem pignoris, jure creditoris, venditi præstare non tenetur *d. l. 11. §. sententiam 16. de A. E. tt. C. cred. evict. pign. non deb. C. l. A. 8. 6. n. 8. de Evict.* & si nihil convenerit, *Gotbofr. & gloss. d. l. 68.* quod secus est in alio venditore, qui etiam absque speciali pacto ex natura ipsius contractus de evictione obligatur *l. non dubitatur. 6. C. de Evict.* quo respexisse *C. l. A. 8. 5. n. 25. in fin. de Evict.* apparet, dum pactum hoc, de pretio post Evictionem pignoris non restituendo, ad alia trahendum vix concesserit.

Atque hi sint laboris istius citra opinionem (gaudeo id Viris longè gravissimis accidisse, ut de se ipso fateretur Wesenbecius *in Par. ff. de R. I. n. ult.*) magis magisque succrescentis, limites: Quibus inclusa, si vel obiter tacta, vel minus accuratè posita inveniat Lector Candidus, ea vel benevolentia sua suppleturum, vel æquitate respecturum, spero optoque: Quod superest, tibi, O Immensa bonitas

Lotus lubens laudes ago grates, gratiasque habeo,

Plaut. Trin.
act. 4. Sc. 1.

Quod spinosissimam hanc materiam si non pertractare, saltem tractare largitas: Annue porro conatibus meis; quo vergant ad Nominis tui gloriam, Patriæ emolumentum, Amicorum spem non frustraturam.

F I N I S.

ULB Halle
005 714 745

3



VD17







DISSERTATIO INAUGURALIS ²⁵³
IURIDICA
DE ^{1641, 4.}
PACTIS AD- ²⁴
JECTIS.

Quam
PRAESIDE JEHOVA
Ex Decreto & Auctoritate
NOBILISSIMI ATQUE AMPLISSIMI
Iurorum in Patria Universitate Ordinis.
*Pro summis in Utroque Jure obtinendis honoribus,
Privilegijs atque immunitatibus
Doctoralibus,*

Solenni examini submittit.
PAULUS GAMBS
Argentiniensis.
Die 20. Septemb.
ARGENTORATI,
Typis, JOHANNIS ANDREÆ,
Anno M. DC. XLI.

